














196 (1)

Medicine

riey
bfe

A xix 5

Problemata Alexandri Aphrodisei.
Georgio Valla interprete.

Problemata Aristotelis.
Theodorus Gaza e græco transtulit.

Problemata Plutarchi per Ioannem petrum Lucensem in latinum conuersa.

~~Ex codicibus Jois Caroli Mauré Phil. Med.~~
Nunc verò Augustini de Cella A. C. Phil. Med. 1723.

Georgius-

Georgius Valla Placentinus Ioāni marliano mathematico:& in tota philosophia medicinaq; præstantissimo salutem plurimam dicit.



Lexandri aphrodisei philosophi ac medici præstātissimi problemata:hortatu & auspicio tuo in latinū uir longe doctissime Ioānes marliane conuerti quod te interpretari ea uelle mihi dixisti ipsa multis de causis tibi dicāda esse existimaui:& quod a me discipulo tuo:Cum medicinam mathematicasq; scientias publice profitebare : tanq̄ ab ea quā tu inserueris stirpe fructum aliquando reposcere iure tu quidem uidearis. ego autem uel non poscenti si non doctissimos:ut tua ingens expostularet eruditio præstare possim:at certe non ingratos merito debere tibi uidear exhibere : quod me plane effecturum confido. deinde quod hæc qualia sint perpendere:ac iudicare te melius possit nemo:nempe cuius præstātis in omnibus bonis artibus doctrinæ nomen:ut res etiam ipsa est tota non capiat italia.deinde quod hūc laborem ad te meum fructum non mediocrē filiis tuis Hieronymo Petro Antonio:Paulo eximiæ indolis in ipsis futuræ eruditionis adolescentibus allaturum confido.quippe qui suam quādam talem præse ferant prudentiam:itaq; suam modestiam:ut cunctarum bonarum artium studiis facile teneri uideantur:ingenium certe peracutum elucet:& ne ad rerum quidem causas perscrutandas:explicādasq; dialecticum acumen desideratur:neq; ad geometriæ excutiendas demonstrationes deest facundia quod certe præsentibus nobis licuit intueri:& perinde has quæstiones præcipuas non re or modo:sed pro comperto habeo obseruaturos præsertim quod quā utiles sint uel ex eo cōiectari potest.quod cum eruditorum multorum consensu quadripartita sit medicina: quod uel in ipso statim aphorismorum exordio ostēdisse arguitur Hippocrates:arte quæ præceptis de rerū natura manantibus:atq; principiis perficitur:siquidem ei quod generationis fortuitæ est p quā raro seruit. Verūtamen ne a fortuna quidem aliena putatur medicina:Cum temporis oportunitatem utpote in corpore fluido propter instabilem materiā captare conueniat.deinde experientia:nam & hæc rationem exercet:atq; confirmat:eāq; morborum qualitatibus accōmodat : postea iudicio quod cum a diuina ui quæ nobis in anima insita est omniū quæ sub intellectum cadunt sit capax:tria illa:artē:experiētiam:occasionē:dirigit atq; diiudicat.horū inquā nihil est qd' hic aphrodiseus alexander non attigerit in cunctis sane excellens in primis autor.at ne sola quidem hic medicinæ eminet utilitas:uerum omnis prorsus humanæ uitæ ratio percipitur : quod præcepta ad bonos habitus comparandos adhibeat non corporis modo sed etiam animorū: q̄q̄ purgationes corporis ad animū quoq; transferuntur:at cum animæ cibus īcorporeus sit eruditio:hinc nobis licet intueri:q̄ ad corpus continendum:q̄ ad mentem instituendam salubria nobis præcapta tradiderit : nec sparsim modo : sed etiam quæ sint quærendi genera : quotq; sint conductissima breuitate:& perquā perspicua claritate contexuit:quæ proponātur cuncta diluere docens.at quoniam de quæstionum generibus fecimus mentionē neutiquā remur alienum quorūdam doctissimorum hac de re hic proferre sententiam.ita enim illi quæstionum genera diuiserunt:ut eorum duo prima esse uoluerint. Vnum quidem quod rem sepctet infinitam:sine aliquo definito complexu.alterum autem quod rem definitam spectet : & eorum porro utrūq; in duo alia genera partiti sunt.alterum quod ad cognoscendum:alterum quod ad agendum referatur.nam aut ipsa cognitio:scientiaq; perquiritur ut medicina sit ne scientia an ars:aut agendi consilium : ut sit ne medico capessenda cibos suggerendi cura cognitionis autem tris species faciunt:coniecturam : diffinitionem : consecutionem. coniectura est ut cum quæritur sit ne in magica uis ulla medicinæ.diffinitio:ut quid sit medicina:consecutio:cum quæritur quid quāq; rem sequatur:ut quāobrem inter biles qui atrā bilem euomunt magno laborāt periculo: actionis uero duas uolūt esse species:unā ad psequēdū aut declinandū: ut qbus rebus ad bonū habitū corpus pduci possit:aut malū habitū deuitare.alterā quæ ad aliquod cōmodū usūq; referat': ut quēadmodū apud ægrotū se habere medicū cōueniat.rursus cōiecturæ rationē in quattuor partes distribuerunt.nam aut quid sit quærit' ut quis sit corporis optimus habitus:aut quæ sit origo cuiusq; rei:ut quæ sint naturalia principia:cuiusmodi sunt oās obscuræ.aut in rebus naturalibus : aut cæteris disciplinis causarū rationūq; quæstiones:aut causæ tractatio : ut si quærat' cur eminentissimi autores de naturæ principis aut in ægritudine una tollenda inter se dissentiant aut de īmutatione:ut si quæratur num in hominis anima morte aduentante intereat scientia:an cōmutetur.diffinitioni proprietas: & diuisio & partitio deputantur : ut quid in omnium mente quasi impressum sit.cum quid cuiusq; rei proprium sit exquiritur:ut in hominem ne so-

lum an etiam in beluas cadat mœsticia. Cum res distribuitur in partes: ut si quæratur: quot sint motuũ species; siue illi animæ siue corporis sint. aut cum quæ sit forma & quasi naturalis nota cuiusq; rei describitur: ut quænam forma urinæ sit quæ sanitatem pretendat aut contra. Consecutionis duas faciunt species. nam aut simplex est quæstio: ut si quærat̃ cur oui uitellus facile concoquatur: aut ex comparatione: ut uitellus ne an albumen facilius cõcoquatur de expetendis: fugiendisq; rebus ut expetendum ne sit ægroto quicquam & pariter fugiẽdnm; de æquo & iniquo ut æquum ne sit humana omnia diuino administrari consilio pertinaciter defendere. cõparationis duæ sunt species. Vna cum idem ne sit an aliquid ĩtersit quæritur ut pus & sanies: eunuchus & spado: ut ab aristotele quæsitum est. altera cum quid præstet aliud alii querit̃ ut plus ne ad comparandam medicinam prosit experientia: an ars: occasioue; aut iudicium. præterea nõ modo quid utilius: sed quid utilissimũ: Quæ uero referuntur ad agendum eorum duo faciunt genera. unum ad officium quo in genere quid rectum: faciendũq; sit quæritur: ut quæ inspicere quæq; percũctari medicũ apud ægrotum conueniat. alterum ad motum animi gignẽdum ut quãdo ac ut a medico animãdus est ægrotus spe: aut econtrario terrendus: & quasi suscitãdus sit Hæc fere sunt tradita a ueteribus quæstionum genera; unde problemata uaria quæ latine quidam proposita uocãt quintilianus ambiguitates. alii quæstiones. at quoniam græcum uocabulum apertius usu imperitate nobis occurrit græca potius utẽdum nobis appellatione cẽsuimus deniq; quoniam nos ut in præfatione iam satis multa locuti uidemur: alexandro ipsi aphrodiseo cedamus me interprete locuturo.

VICTOR pisanus Ludouico mucenigo: præcellenti in eloquentia uiro. S. P. D.



Ingularis doctrina: facundia minime uulgaris: insignisq; tua Prudentia Ludouice mucenige: me iãpridẽ ad te amãdũ: & obseruãdũ cõpulerũt. Tua porro lenitas fecit: ut mutuus ĩter nos amor ĩtercederet: ut alter alteri cũ sors ipsa tulit cõgratuletur: Pariterq; cõdoleat sicut in p̃ntia mihi faciendũ duco. nã cũ ꝓximis diebus apud præceptorem nostꝝ Georgiũ uallã sicut de more ad eũ uentitare cõsueui: essem. audiui ĩpressorẽ quendam qui eius opera ĩprimere & euulgare consueuit Alexandri aphrodisei problemata. quæ olĩ latina fecisset ipse Georgius ualla sibi ĩprimenda uæhementer exigere: q; Nicoletus nostri t̃pis philosophoꝝ oĩum acutissimus edẽda esse duceret: at q; magnop̃e hortaretur. a præceptore quoq; nostro Valla accepi idem ut faceret hortari cum multos: tũ Lazarum quendam dactylum placentinum medicum longe p̃stantissimũ quẽ alteꝝ nostri t̃pis Galenum frequenter solet appellare ita admiranda q̃dã doctrina p̃cellit. Hoc cũ audiuissem auidissime mihi ipsum ostendi librum poposci: quem cum legissem Ludouice mi rerum tot tantarumq; cognitione. & orationis splendore incensus rogaui apprime ut imprimeretur nec me continere potui quin tecum in tanto congratularet commodo: adeo enim argute de hominis natuta brutorumq; rerumq; cæteraꝝ. uideas hunc philosophum medicumq; p̃cipuum differentẽ. ut non hominem sed naturam ipsam rerum loqui nobiscum credas. ea porro ĩterprete oratione nobis exposita ut ipsum iustum philosophum non alium nobis quæ dicat referre existimes. proinde nostræ huic congratulemur ciuitati: q; talem nacti fuerimus unum qui doctrina tam multiplici & præcellenti sit. Vt nostrum illustret sæculum. ita quottidie nouum in oĩbus passim setentiis aliqd emergit ac ut. adhuc magis nostræ ciuitati congratulemur: hunc sublimen doctrina uirũ præceptorẽ nostrũ in diuerso dicẽdi genere multiuigos discipullis suis fructus ĩgerere alii ipso dirigẽte rhetoricos: alii poeticos; alii mathematicos cõponunt cõmentarios ac ut alii in latinum græca conuertnnt. ita inter cæteros unus in dicendo minime infans historiam a prima hominum memoria ad proxima usq; tempora decem & nouem eneadibus conclusam in latinum transfert. ubi præter ea quæ in toto orbe terrarum gesta sunt uideas disciplinarum non inuentores modo. sed etiam quid illis subdiderint correxerintue quæ priores ĩgenio suo aut alieno memoriæ prodiderunt. & quemadmodum ab exiguis principiis quasi pro gradus: ac pro manus ad summum culmẽ omnes conscenderint disciplinæ: dii immortales: quantũ nobis illuxit bonum q̃ multiplex ex uno uiro emanat fructus: & in posterũ annuẽte deo. Vnde bona omnia: futurus est. at iam hæc missa facio si enim prosequi uelim ut ipsa deposcit materia nullus eius laudum finis inueniretur. iam igitur te ad eius uisendam in scribendo peritiam & alexandri aphrodisei longæ præstantissimam dimitto doctrinam

Alexãdri

ALEXANDRI APHRODISEI PROBLEMATA: PER GEORGIVM VALLAM PLACENTINVM IN LATINVM TRANSLATA;



Roblematum quædam per se sunt fidem facientia; & cognita oĩs ambiguitatis: ac questionis expertia. Nemo enim ut arbitror sane mentis dubitauerit cur uolucribus plumas natura largita sit. Quilibet enim sagax fouendi causa pro uestimentis primum circunfudisse asseret: deinde decoris gratia; terrestribus autem animalibus & quæ eunt pedibus pilos: serpẽtibus squãmas: aquaticis cortices: aut crustas: cuiusmodi sunt quæ ostrocoderma: idest crustaceam seu testaceam pellem habentia nuncupantur: & rursus quãobrẽ aliis quidem cornua: aliis autem aculeos: aliis uero ungues. & eos aut acutos: aut aduncos: seu id genus aliud quo se ab infestantibus reddãt tutiora: utpote naturalibus quibusdam telis adiuta: fruges autẽ oẽs ad ortum ac generis propagationem natura producens corticibus: aut corporibus quibusdam humidis: aut lignosis: aut huiusmodi tunicis custodiuit: eas tanq̃ in arcula aliqua contegens: ad algoris aut æstus: aut noxiarum quarũdam animantium effugium nimirum multis ipsum omnino inutile non reliquit indumentum: sed ad nutrimentum ac cibum cõparauit oportunum. Ipsas autem stirpes foliis & corticibus: ac similibus pennarum aut uillorum loco circundedit. Præuidit enim ne immoderatus algor aut æstus has possit conficere: nõnullas porro pro iaculis spinis armauit ne a bestiis absumerentur: atq; affligerentur: eas quoq; uariis floribus ornatus & & decoris causa coronauit; quos tanquã nuncios ac præcones ad erupturum mox fructuum ortum præmisit. Quicunq; igitur huiusmodi cognita & aperta student exoluere amentes prope modum sunt: qui ambigunt nunquid igni sit insita caliditas a tangendi sensu sunt ĩmunes: qui porro in ortu & interitu serien motum: positum: confirmationem: colores: proprietates: ut natura ac ratio prouidenter obseruat non admittunt punitioni obnoxii snnt. Hæc nimirum per sese sunt cognita. At quædam prorsus sunt insolubilia: & soli deo cognita: qui eorum constituit essentiam. Opifex enim si quãdo aliquo excogitando opus confecit: omnes eius actionum causas plane percalluit. uerum rudis causarum omnino est expers. dubiæ itaq; quæstiones sunt huiusmodi: quambrem leniter lancinati: atq; attrectati sub alis: aut plantis: aut lateribus rident: siue qua de causa audiẽtes aliquos marmora atterentes: aut secantes: aut stridentes: aut ferrum limantes: dentibus euestigio inhorrescũt: seu qua de causa ex frigidis frugibus dentibus stupore effectis frigida portulaca cõmode medeatur: nec sunt contraria contrariis medicamina: uerum similia. Vel cui lapis magnetis solum attrahit ferrum: electrum quoq; paleas: & stramenta solũ dicitur insigniter trahere: & leo gallum dũtaxat metuit. Gallina quoq; quæ oua nobis domi parit se stramentis toto corpore perpurgat: Cothurnices eleborum comedunt hominibus lætalem.

¶ Sturni autem citutam scamonea flauam attrahit bilem. Colocynta & agaricum & albus eleborus: euphorbiũq; ac coccus ganidius pituitam. Niger autem eleborus & epithimum atram bilem. Sunt qui purgamentis aluum cohibent. a cohibentibus uero eam potius ciunt & purgãt. Sunt etiam qui internauigandum comedendi exacuant appetitum cibum facile transmutantes omnis a mari excitate grauedinis ignari: Infinita possim tibi recenscere: quæ sola experiẽtia cognita sunt: quippe quæ a medicis occultæ proprietates appellantur. Quod autem suum uniuscuiusq; occultum est: id parum habet cuius reddi causa possit. male enim quidam horũ solutiones subitanias efficiunt ualde inutiles: nec fidem facientes. Aiunt enim purgamina caliditate humores attrahere quod plane falsum est: nam omne calidum purgatoriũ esse oportuit: atqui ecce tibi piper quod cum sit talidum non tamen uim attrahendi habet: sed concoquendi roborandi. itidem & mastiche & aloe: nec e diuerso rationẽ cõuerti dicimus. omne enĩ purgatorium temperamento calidum esse: ui autem educere egerereq; fatemur: nec omne calidum statim etiam ui ulla purgatorium est. Aiunt præterea struthocamelum ferrum: non proprietate ulla: sed potius calore concoquere: quod profecto insulsum est. leo nãq; cum hoc ipso animali sit feruidior: non tamen ferrum concoquit: ne apud medicos quidem proprietates sũt solos. Verum etiam & apud philosophos & grãmaticos quæ passiones siue pathe appellantur ex usu annotatæ. oportet igitur ea ad quæstionem proponere quæ medium teneant locum: & ad cognitionem habendam eorum minime ambigua sint: sed qualiacũq; sint: ut solutioni subiiciantur. Sane omnium quæ dicuntur quædam falsa esse omnibus sunt cognita: quædam præ

¶ Sturni ãt cicutam. Ambrosi⁹ Deniq; sturni uescunt conio nec fraudi ẽ eis quoniã q̃litate sui corporis uenenum succi lethalis euadunt. Frigida enim uis eius est succi quã subtilibus poris ĩ cordis sui sedẽ ducẽtib⁹ ꝓcoqua digesti one ꝓueniunt priusq̃ uitalia ipsa prætẽptet.

Idẽ alibi. Eleborũ ãt piti loquũtur escã eẽ & alimoniam coturnicũ: eo ꝙ naturali quodam tẽperamẽto sui corporis uĩ pabuli nocentis euitent.

se ferunt ueritatem: & eorum alia quidem certa omnibus ac cognita: nonnulla omnibus sunt occulta solutionem a nobis non admittentia. alia uero mediam quãdam naturam gerunt: de quibus nunc loqui nobis in animo est: deniq; soluendum omne problema aut a temperamento: aut a formatione: aut ab actione: aut a simili una in passione: aut a colore: aut a sensus persuasione: aut per æquiuocationem: aut ab actionibus quæ ex potentiis magis uel minus proficiscuntur: aut per id quod durius aut rarius: aut maius: aut minus: aut a tẽpore & ætate: & consuetudine: aut per essentiatum hoc nouatum uerbum paulo durius: eo q̄ græci dicunt lisiodes quod est per essentiæ habitum usus molliet aut per accidens: aut a similibus ueluti in problematis quæ dicta sunt comperies: has igitur regulas secutus omne dubitatum ad demonstrationem poteris aduocare: at quoniam non satis esse putandum est uniuersalem adhibere doctrinam sed conuenit ei qui doceat particulatim: & membratim hæc sub manum aducere. Iã quæstiones: ac solutiones ordiamur.

Quare uitreis uasis per hiemẽ calore aliquo uæhementi adducto franguntur? quoniam ex circunfuso aere plurimam per totum corpus suum excipit frigiditatem. Cum igitur non prius calefactis feruentem aquam confestim infundimus: non dubium quin aduersantem sibi frigiditatem caliditas persequatur ut ipsam confertim cum spiritu diffungere necesse sit: & perinde uitreorum uasorum sequi discussionem. dabimus enim uitreis corporibus spiramenta utcumq; sub uisum & sensum non cadant. Cæterum q̄ ad huius rei naturam: uerumq; spectat tenuissimum fere aerem amittit: sunt qui dicant uitrea corpora immenso frigore adurescere: & siccescere: & quicquid in ipsis tenuium partium sit: idest humorem aut aerem exprimi & eiici atq; exuri: itaq; idonea præstari ut discutiantur & effringantur ueluti aridissima ligna. ita enim & hippocrates aiebat uenarum algorem frangibilem. atqui feruor immoderatus corpus offendens uitreum ipsum adhuc impensius exiccans ad confringendum & discutiendum reddit accommodatius: quod si prius remolescat mediocriter calefactum: neutiquam cedit quãobrem pugiles quoque luctaturi a lanistis prius oleo perfunduntur: & phonasci canturi prius guttur & fauces fouent & spiritus molliores meatus reddunt. frigiditas itaq; diducta spiramenta comperiens facile cum spiritu diffugiet & uitri quicquid molle fuerit calori cedet: nec statim disiussioni erit obnoxium. q̄ autem spiramentum uitrea habeant corpora: uel ex uasis nobis id licet testaceis intueri. infusa enim in hieme aqua exudat cum picata fuerint. est quoque uidere e corpore uitreo erumpentem & exalantem fumum per hiemem cum feruentem aquam infuderis: necnon citreum sectum & oppressum extrinsecus appositum brassicæ inclusæ suam præbere qualitatem.

Quare pueri & p̄sertim

Quintilianus Et patientior est laboris natura pueris q̄ iuuenibus: uidelicet ut corpora infantiũ: nec casus quo ĩ terrã toties deferuntur tã grauiter affligit: nec illa p̄ man⁹ & genua reptatio: nec post breue tẽpus cõtinui lusus: & toti⁹ diei discursus: quia põdus illis abest: nec seipsi grauant. sic animi quoq; credo qa minore conatu mouẽtur: nec suo nixu studiis insistũt: sed formandos tantũmodo præstant nõ similiter fatigantur.

Quare pueri & præsertim infantes in humum lapsi non facile sauciantur: quemadmodum uiri? propter molliciem inquam corporis terræ solo cedentem: quandoquidem dissipant firmitudinem & duriciem quo minus offendat: uiri autem cum duro sint corpore duricie terræ aut lapide aliquo offensi plage tenorem intendentes a lapide: utpote duriore eis aliquid infligi necesse est. Eadem est ratio cur etiam spongia excidens non frangitur: cum uitrum aut testa: aut huiusmodi corpus durum procidens frangatur: atq; ita per similitudinem hæc dixeris conuenire: & ob hoc etiam uehemens uenti motus quercum quidem deiicit: arundinem uero non: quoniam quercus quidem utpote dura & ualida & amplæ magnitudinis uento obuians uim eius intendit. arundo autem quippe quæ inanis & mollis: & exigua uenti hinc & illinc flatui cedens: eius uim dissipat atq; dissoluit: Eadem ratione & pugil aduersario suo obuius eius uim auget atq; exusitat: quem quo magis cedens circũducet huc illucq; se transferret: citius illius exinaniet firmitudinem.

Quare infantes apud nutrices cantus audientes si fleant: & uagiant conquiescunt: motati autem dormiunt: quoniam musica uelut & omnis scientia: atq; ars cum anima assueuit: sicut & caliditas igni insita est ut etiam plato censet scientias recordationes animæ esse nũ doctas: audiens igitur anima huiusmodi sonum ex canentibus recordatione mentem ea subeunte infantes placari compelluntur. proinde ita ellecti soporem perducuntur. Cum autem in corpore ĩpolluto ac purgato est: scientias integras habet. polluta uero in corpore tanquã in obliuionem ipsarum peruenit mediocrem.

Quare nutrices infantes in soporem deuolutos motant? q̄ humores ex motu fusi cerebrum moueant: licet in ætate perfecta hoc minime pati tolerent.

Quare aliqui ualde ebrii.

Quare aliqui ualde ebrii dupla uident? quoniam ex multa humiditate oculorum repleti musculi: plus aut minus: & molles effecti atq; contracti diuertunt atq; distrahunt oculos: alterum quidem sursum: alterum uero deorsum: Proinde superest ut oculorum radii non in eundem

Albertus alemanus in lib. Aristo. de sensu & sensato.

¶ Quare unum uidetur duo? Ex diuersa dispositione rei uisæ dicimus ꝙ quattuor sunt causæ quare unum uidetur duo ex parte ipsius uidentis: quarũ prima est: ꝙ cum nerui optici ab oculis ad anteriorem cellam cerebri directi intersecant se ad modos linearum trianguli: cuius talis est distantia mensuræ quæ est inter duos oculos contingit aliquãdo elauari unum neruorum uel alterum releuiorum a loco contactus: & tunc illud quod recipit ab oculis & transiens a spiritu uisiuo ad sensum communem contingit se in aliquo puncto uno: & tunc ꝓpter duos oculos lumen bis nunciantes unum uidetur duo: & hoc cõtingit quotienscunq; exprimitur unus oculorum quasi semiuulsus suppositione digiti. Secunda causa est ꝙ aliquando spiritus uisiuus qui a capite discurrit in oculos propter aliquam uentositatem inclusam in ipso uel in oculo, uel propter aliquem calorem non naturalem agitantem eum mouetur extra mœtas mẽsuræ naturalis detrorsus: uel etiam sinistrorsus in oculo, & ideo accipit formam: quasi formam motam a dextro in sinistrum oculum, & ideo apprehendit omne quod apprehendit quasi distensum in duo lateraliter sibi cõiuncta. Tertia aũt causa est in opposita reaundantia qñ mouetur spiritus introrsum: & extrorsum & introrsum quidẽ respectu sensus communis, extrorsum uero ad oculi cristallinum ut percipias formas: tunc enim continue reddit & accipit: & antequam compleatur redditio inchoat: ita acceptio qnando sensibile manet præsens: & tunc unum uidetur duo. Fiet autem hoc accidens in spiritu aliquando ex multo humore calido: sicut in ebriis: quia calor uini mouet in opposita: & humor multiplicat fluxum: & sunt iuxta hoc accidens ualde multa accidentia. Cum enĩ quis nauigat eo ꝙ unam partem accipit: & antequam eam reddat sensui communi immutatur ab alia: & accidentia coniungit eadem ex uelocitate motus spiritus quod uidetur ei moueri omnia similiter: aut si extremitas uirgæ circunducatur: quæ flexibilis est: & accipitur situs eius in ubi uno antequam reddatur accipitur in alio & in tertio: & sic continue uariatio illius situs accipitur & redditus: & uidetur describere basim pyradmidis: hæc est causa quare gutta aquæ cadens uidetur esse linea recta continua: & uidetur quasi punctus continue fluens. Inde etiam contingit ꝙ uentositate uel alia causa in anteriore parte capitis uertiginem faciente omnia uidentur moueri: & cadit in partem ad quam tenet se tanquam altera pars cadat. Quarta autem causa est expressio tinicæ perforatæ in ea: Cum enim illa præmitur intus: & cedit introrsum: & tunc coangustutatur foramen & uidetur res minor quam sit aliquando antecedit interius: & tunc foramen dilatatur & uidetur res maior quam sit. Ex parte autem uisibilis unum uidendur duo subiecta in quibus est secundum diuersum esse ipsius sicut est in speculo.

pariter locum proferantur sed indistãtes locos & corpora: atq; ita uterque oculus sua spectans duplam efficit uisionem. Quod autem hoc uerissimũ sit ex eo profecto uideri certum est: qđ alterum digito oculum prementes & sursum uersus propellentes dupla cuncta spectare uidemur.

Quare natura strabi dupla non nident? quoniã peruersionẽ oculorum sursum uersus aut deorsum non habent: sed dextrorsum & læuorsum & rursus oculi nacti eundem situm duos inquã in recta linea suos per eundem situm habent radios in corpus unum concidẽtes: atq; ita unum colorem & qualitatem unam referunt in sibi obiecta resumendo.

Cur pubescentes pueri hircissant circa quartum decimum annum, quod tum naura humana corpora dissociãs multam repentinam ætatis mutationem effitiat: eorum autem quæ diximus ipse effectus fidem facit, intueri siquidẽ nobis licet fœminatum hubera augeri propter lactis coitionem, item & circa coxendices loca propter fœtus expectationem: marium uero thoraca & humeros propter impositorum grauium corporum portationem, testiculos autem propter seminis susceptionem & moram pudenda porro propter facilem sæminis accessum: explicatur quoque ipsis uniuersum corp⁹ ueluti morborum mutationes indicant & solutiones circa decimũm & quartum annũ progenitæ: necnõ uocis asperitas quæ raucitas appellatur hircire facit: ex hircis ita uocem efferẽtibus sumpta trãslatione, inter explicandum enĩ asperã a principio arteriam accidit alia quidem eis magis, alia uero minus diduci, quippe quod inæquale ipsis corpus iuxta ĩteriorem superficiem existit faucium tanus, spiritus igitur per has exiẽs partes tanq̃ præcisus propter uiæ inæqualitatem uocem etiam efficit inæqualẽ & asperam & raucam: hoc etiam patiũtur pituita occupati in asperam pitui-

¶ Cur circũuoluti ꝑter cõſuetudinẽ. Macrobius.

Cur q̃ ita ſe uertũt ut ſæpe in orbẽ rotent̃ & uertiginem capitis & obſcuritatẽ patiũt̃ oculorũ poſtremo ſi pſeuereuerũt ruũt: cũ nullus alius mot⁹ corporis hanc ingerit neceſſitatem. Ex ſeptẽ motibus unus tm̃ in diuinis corporibus inuenit̃ ſphæralẽ dico quo mouet̃ cœlũ:quo ſydera:quo cætera mouẽtur elemẽta.terrenis aĩalibus illa ſex ꝑcipue familiares ſunt:ſed nõnunq̃ adhibet̃ & ſeptimus: ſed ſex illi ut directi:ita & ĩnoxii. Septimus idẽ q̃ gyros efficit crebro cõuerſum turbat:& humoribus capitis inuoluit ſpiramẽtũ quod aĩam cerebro q̃ſi oẽs corporis ſenſus gubernãti miniſtrãt.hoc eſt autẽ ſpiramentũ ꝙ ambiẽs cerebrũ ſingulis uim ſuam ſenſib⁹ ꝑſtat. hoc eſt ꝙ neruis ac muſculis corporis fortitudinem præbet.ergo uertigine turbatũ: & ſimul agitatis humoribus oppreſſum lãgueſcit & miniſterium ſuũ deſerit:idẽ fit his qui rapiunt̃ in gyros hebetior auditus : uiſus obſcurior. poſtremo neruis & muſculis nullam ab eo uirtutem quaſi deficiente ſumentibus totũ corpus quod iis ſuſtinetur & in robur erigit̃ deſertũ iã fulcimentis ſuis labitur ĩ ruinam. Sed contra hæc oĩa conſuetudo quã ſecũdum naturã pronũciauit uſus illos iuuat qui in tali motu ſæpe uerſant̃ ſpiramentũ enim cerebri q̃d paulo ante diximus aſſuetum rei iam non ſibi nouæ nõ paueſcit hũc motũ : nec miniſteria ſua deſerit:ideo conſuetis etiam iſte agitatus innoxius eſt.

ta inquã defluente arteriã:quãdoquidem a defluente humiditate quod intus leue omentũ in æqualitate repletũ in æqualẽ etiã ſpiritus exitũ efficit talem ſcito & hircorũ aſperã arteriam & guttur ꝑpter plurimã humiditatem:& oleũ plurimũ bibentes tales eſſe alios porro ob cõtinuos unas uelidos clamores ob ſiccitatẽ aſperæ arteriæ inæqualem etiam uocem habere arbitrator:gruũ nãq; & aſperæ uociferãtium uolucrũ arteriæ effectæ ſunt natura omnino aſperæ demũ poſt pubertates annos puerorum ceſſat hirciſſatio: quod aſpera arteria omnifariã abſolute explicat ſua pte natura etiam æqualitatem amittat.

Cur potum oleum uomitum cit:& præſertim flauam bilem: quoniam cum ſit leue & ſuperna petens cibos elicit ipſos ad ſtomachum eleuans:ſtomachus autem grauatus uim egeſtiuam ad uomitum exuſcitat:præcipue flauam bilem utpote leuem ac tenuiſſimã:& facile ſurſum uerſus euadentem.quod autem oleum ſurſum petat experientia ipſa manifeſtum humido ſiquidem alicui ãmixtũ in ſuperiores ſe e ueſtigio recipis partes.

Cur inter cætera liquida ſolum oleum non remiſcetur? quoniã cũ ſit glutinoſum & in ſe reductum nequit diſſecari : & in minutas diuidi partes reliquiſq; ammiſceri liquoribus:inde in terram fuſum ipſam illico non ſubit.

Cur oleum & aqua frigore denſæſcit:ſed neutiquam uinũ aut acetum aut garus.quod oleum quidem qualitatis fere ſit expers : & potius temperatum ſtatim frigeſcit atq; adeo ut inter euaporandum frigeſiat:aqua uero utpote frigida ſe frigidior effecta facile coit.at garus utpote ſuis partibus:tenuis & calidius non continuo frigeſit:eodem modo etiam uinum acetum autem ut tenuiſſimarum partium omnem reſpuit concretionem.

Cur qualitate diuerſa idem efficiunt nam tam frigus quã calor humidum cogit:ita ſiquidem nix & ius frigore pariter coeũt ac cõcreſcunt.emplaſtra autem in ueſica calculos caliditate ſicceſcunt & obdureſcunt alia inquã atq; alia id fit actione.nam calor frigiditatẽ multã depaſcit̃ abq; abſumit.frigus aũt denſitate lutoſum reddens:ſuadẽtẽ ſordeſcentẽq; humiditatẽ exprimit ſicut ſpõgia manibus cõpreſſa:humidũ quod in meatibus cõtinetur effundit.

Cur ſæpenumero rhigor ſedatur horrore alio aut fragore aduentãte preter rhigore affecti cogitationem:aut aqua confeſtim infuſa:quoniam ſæpe humoribus pridem concoctis & attenuatis naturalis caliditas uehemens ſubitaria a cute introrſum humorem conſumit:differt ac diſtrahit.idem etiam efficit theriaca: & plurimæ calidæ ac ſicce qualitates facilem concoctionem adepta.

¶ Cur circũuoluti præter conſuetudinem cõcidum? quoniam cogunt animalem in cerebro ſpiritum turbari & in humoribus cõmoueri:deinde non etiam idoneum fieri ad potentiam animalẽ ſuſcipiendam:nec ſinunt uim ſenſibilem ac mobilem ad muſculos & neruos perferre actionẽ:& perinde ſequi neceſſe eſt ut corporis onus non uectum atq; comportatum ab anima ad terram feratur:ad quam prius mutat : ob hoc autem tenebras uident ꝙ uidendi ſpiritus in eis rurbatus ſit:& ne quidem ſenſibus cæteris ſatis ex ſententia utuntur:quod ſi pedetẽtim plurimum uolui aſſueſcant id per raro fieri ſolet ꝙ conſuetudo animam a natura non auertat:ſed diuturno tempore efficiat familiarem. quod enĩ repente ac iugiter fit id neſcit aduerſari:neq; uſpiam mutationis ſibi comparat defenſionem.

Cur uitrea ſpecula ualde elucent? quoniam introrſus ipſa ſtanno illiniunt.Ineſt autem eius natura perſpicua:& perinde uitro copu-

latum quod per ſe lucet plus adhuc renitet radios ſuos per uitri ſpiramenta tranſmittens: duplicat quod in ſuperficie & extra uitreū corpus eſt:atq; ita ad modū elucentia euadūt ſpecula.

Cur in ſpeculis & perſpicuis aquis noſmetipſos intuemur?ꝙ qualitas uiſus ad perſpicua abiens corpora per refractionem radiorum qui ab oculis exeunt accedat ad ſui aſpectum:ꝙ autē qualitates oris excedat ne quidem mirum:ideoq; oſtendunt qui apud arbores cōmorātur: pallidū gerentes aſpectum:quoniā pallida qualitas uiridiū foliorū in os emanat:quæ itidem in ꝓfluentem aquā aut ſtagnū abiens ipſam aquā uiridem uideri facit.

Cur pura antra & editiſſima loca:ac purgata faciūt ac remittuut uocis ſonitum ; atq; reſpōſant? uox enim aerem percutit:aer autem locum:& quo magis percuſſus percutit ; eo etiam ſonitū uehementiorem gigni contingit.Humida uero loca utpote quæ molliora ſunt plagæ cedētia: & ipſam laxantia ſonitum nequaquā efficiūt: qualitati autem & quātitati plagæ & uocis qualitas quoq; & quātitas ploſus accōmodatur.male autem echo ideſt reuerberatam uocem ſiue uocis imaginem dæmona eſſe fabulantur.non deſunt qui dicant hanc pana adamaſſe: ſed falſo.Vir enim fuit Pan ſapiens:qui primus deſiderauit:exquiſiuitq; echus cauſam quo quidnam eſſet dinoſceret:& quēadmodum quicq̄ concupiſcentes ægre ferunt cum id non aſſequuntur: ita ipſe quoq; ante ſolutionē moleſte ferebat:ueluti etiā endymion ; qui primus lunæ curſum inueſtigauit:noctu quidem uigilans eius curſui inhærens motuſq; exquirens ; interdiu autem dormiens:hin lunam eum adamaſſe fabulantur:atq; ad eum dormientem acceſſiſſe:quādo ſolutionem ſibi cauſæ reddit philoſopho.Aiunt autem ipſum etiam paſtorem:quoniā per ſolitudines & inuia loca ac editiſſima eius motum ſpeculabatur:tabulam habuiſſe ; quoniam circa ſublimes locos uentorum ſufflationes ſunt maiores:aut ꝙ figurarum exquiſiuit harmoniam. Itidem & ꝓmetheus cū ſapiēs quidā & cœleſtis aquilæ cauſam & narurā:& ſitū exquireret ; & diſcēdi auiditate abſumptus cōquieuit.herculæ ab illo dubitata ſua ſapientia exoluente.

Cur ſtante aqua in ſuperficie non in ꝓfunda terra ſaxo proiecto in eam multos ex ipſa circulos erumpere contingit?Dicendum ꝙ iactus tenore lapis undiq; corporis ſui aquam eminus ꝓſequitur:atq; ita gignitur circulus æqualis ; & æqualem iactus renori uim habens ob īmenſum uero tenorem maior etiam eſt circulus ; peruenit ſiquidem is ad terram uſq; & continuo amplians & inſecutus aquam eo ictu:merito deinceps multos efficit circulos corporis. primū in aquæ ſuperficie circuli mouens interuallum exinde continue ad fundum deſcendens: ac rurſus aquā diſpeſcens alterum facit:idq; ita quoad conſtiterit & quieuerit ; interlaxandum autē lapidis tenorē pedepreſſim deſcendētis circulum tenuiorem facere contingit eo qui anteceſſerit.ob id quoq; a lapide itidem aqua iuxta ictum diſtinguitur.

Cur multi ex liene riſum oriri arbitrantur affirmantes in attractis ſcabriſq; lienibus non eiuſmodi affectus eſſe:cuiuſmodi ſunt in robuſtis qui tales potius triſtes uideri homines aiunt dicendū per accidēs id eſſe nō proprie quod lien riſus ſit cauſa.nam cum ualidus fuerit trahit ex iecore omnē fæculentū:& malancolichum ſuccū:atq; ita purū dimittens in totū corpus ſanguinem:cerebrū mulcet ac oblectat naturam:animāq;:ſicut etiam uinū afficit & ad alacritatem agit:unde riſus excitatur.

Cur mulæ nō fœtificant?quoniā ex differentibus ſpecie animalibus conſtiterunt:& ex differentibus per temperamentū & naturam ſæminibus.proinde mixtio aliud aliquid procreatura p̄ter id quod prius fuit:procreantiū naturam.delet: ueluti alboris & nigroris mixtio extremos colores delens:alterum colorem ideſt fuſcum parit:qui extremorum nihil exiſtit.progenitiuū igitur temperamentū deletū eſt:& formarum proprietas.

¶Cur mulæ non fœtificant.

Plinius. Obſeruatū ex duab⁹ diuerſis generibus nata tertii generis fieri ; & neutri parentum eē ſimilia:eaq; ipſa quæ ita nata ſūt nō gignere in omni aīalium genere. idcirco mulas nō parere:eſt in annalibus noſtris peperiſſe ſæpe uerun prodigii loco habitū: theophraſt⁹ magno parere in cappadocia tradit ; ſed eſſe id animal ibi ſui generis.

Cur qui ſurdi nati ſunt iidem ſunt etiā muti?quia quæ non audierū afferre:ac eloqui nō queūt. quidā autem medici neruorum unam eſſe coniugationem aiunt quæ ad linguam aureſq; pertineat:ut ea membra pariter affici neceſſe ſit.atqui ab euentu aliquo ſurdi:non continuo iidē ſunt etiam muti:neruus ſi quidem ſolus audiendi affectus eſt.ſimiliter qui ab euentu muti nō cōtinuo ſunt ſurdi:ſuo enim in loco in linguæ neruis gignitur morbus.

Cur multi ieiunantes poſt aſſūptum cibum rhigeſcunt?quoniam ob nutrimenti ſeram aſſumptionem bilioſi acutum humorem accumulant:poſt cibum igitur cum mēbra robur conceperūt:& bilem a ſe ad cutem propellant rhigorem gigni contingit bile membra lancināte ac ad ipſa perſequenda inſurgente.

Cur ſues ſi ſubuerſæ:ac ſupinatæ portētur ſilent?quoniā p̄ter alia rationis expertia aīalia: ſemp hæ pronæ in terrā ſpectāt:putore delectatæ:quē exquirūt in ſubitania igitur aſpectus mutatione exceptæ & perculſæ ſub lumine multo ſilent.quidam autē aiunt aſperā arteriam anguſta habentem ſpiramenta concidere in catarrhacte modum.

Cur sues cœno delectantur eo nempe iuxta medicos suapte natura delectantur iecur habentes maximum in quo cupiditas est:ut autem putat aristoteles quoniam cũ ritus & oris crassi sint late effusum olfactum habent:& qui tætrum odorem excipiat.

Cur hulceribus cõualescentibus:& cessante inflãmatione pruritus gignuntur? quoniã postea q̃ conualuit & sanus effectus est qui languebat locus:reliquum longe arcet aduersentem naturæ humorem alentem:hulcus:qui humor per cutem exiens & distractus pruritum efficit.

Cur alterius e duobus oculi grauiores morbi sint & diururniores? ob causam inquã duplicem: aut quod pituita ad alterum solum acumulãtur oculum.quod enim diuisum se ĩbecillius sem per efficitur:& minux efficax:& quo magis dispartitur:eo longe inertius est : aut quod motus sanus oculus inter agitandum continue cogit etiam alterum totiens cõmoueri:illud sane præ sentissimũ esse medicamen didicimus:totam languentem partem ĩmobilem continere.

Cur homo & perpetuo & impensius supra cætera animalia sternuit? quoniam pluri & multipliciore & plusquã satis sit cibo uescitur & potu:& ob hoc ne ipsum quidem:ut conuenit potest concoquere & perinde ob multam humiditatem multum cogit spiritum:qui utpote tenuissimus ad carebrum ascendens ipsum continue impellit ac suscitat ad egectionem:& sternutamẽ tum.Crepitus igitur fit per angustos naris locos confertim erumpendo : tanq̃ qui ex sua sede ciectus:& ructus per stomachum:& uox per guttur:& sonitus per aures itidem : & per intestina murmur excitatur.

Cur mortuis pili crescunt:atq; ungues ad tempus certum? quoniã carne tabefacta parres circũ ipsarum radices obtectæ tum emicant falluntq; spectantes : q; incrementi imaginen gerant. Quidam aiunt eos uere excrescere:quando quidem ex redundante humore gignuntur.morticinia siquidem corpora a primordio in superfluitatem plurimam propter corruptionem factam resoluuntur:quæ per spiramenta & corporis extrema e corpore erumpens eorum quæ dicta sunt ortum auget.

Cur in digitis manuum potius q̃ pedum gignuntur quæ pustulæ nominãtur:& pueris potius q̃ ætate perfectis.Quod ex pituitosa redundantia habeãt ortum:atqui pituita pueris utpote magis edacibus:ac magis ociosis redundat pedum autem ungues magis in motu:& deambulatione plus exercitati superfluitates discutiunt.

Cur pili in pedibus non repente canescunt? Nempe eadem de causa. pedes enim in perpetua & iugi deambulatione in se dilabentem pituitosam redundantiam differunt : distrahuntq; quod a canicie fuit alienum.at pubes etiam ipsa sero canescit:quoniam calidior ea exoritur & in coitu pituitam distrahit.

Cur hominibus uox & ratio sero perficitur? rationis autem ex partibus e uestigie:aut saltem ĩtra breue tempus quoniã uariatior & artificiosior:ac doctrinæ magis indigna.aut irrationaliũ longe simplicior:& naturalior:q̃ animalior.

Cur plurima animalia caudas iactant ab ipsis uideri consuetis. leo autem latera percutit furiatus:similiter autem & taurus? quoniam tergi musculum habent ad ipsam usq; caudam protensum:& uim animalem:ac mobilem continentem. anima igitur assuetum uideri cognoscens: tanq̃ manũ aliq̃ : sicut in ipsis est uideri homiuibus caudam iactare compellit: quæ nim ipsius intus occultam aperit:debereq; se cognoscit.at in leonum & taurorum animis:cum anima natura pariter agitata caudam uehementer quatere compellit:queadmodum homines intuemur multa ira concitatos manus complodere:aut corporis aliam partem. anima siquidem q; ledat cum amouere non possit propere alio sibi modo cõsolationem excogitat fremitu & cõplosione affectum mulcens.

Cur aridis ordeis tostis equorũ ulceribus insparsis nõ amplius albi pili e cicatricibus feruntur: sed eiusdẽ coloris cuius & reliqui sunt pili:idest quales natura produxerat:quoniam cũ rugantis:& coire facientis sint potentiæ detergent ac dissipant subiectã pituitosam redundantiã : & malã operationẽ cogentem ad hulcus cruditatem:ac eius partis imbecillitatem.

Cur in cutis cicatricibus equis pili nascuutur:hoibus autẽ nõ:quia cutis hoibus quidẽ densior est sicut indicant molles pili tenuesq; & cicatrix pellis adhuc densior effacta spiramenta obcecat:equis autẽ si cõparetur rarior queadmodũ crassi ostendunt pili & ob hoc nequit cicatrix spiramenta oĩa pellis occludere.proinde subiecte:ac coactæ superfluitates per tenuia relicta ĩferne spiramenta erũpentes agglutinatæ atq; cõcrete pilos efficiunt.

Cur a dipsade morsorũ & sitim intollerabilẽ habentiũ theriaca quæ calida & sicca est potata sitim sedat:ac nõ potius intendit? dicendum q; non temperamẽti ratione sitim sedat. sed potius opposita passione:& naturali quadam ratione.res siquidem ipsa ita habet.hæc certe antidotus

ex pluribus hærbis cõficitur: quæ unicuiq; membro aliquo pacto accõmodantur: uelut dicta num opitulaꝰ cordi: ipsumq; roborat ac conseruet: similiter eupatorum iecori: scolopendrion lieni: petroselinũ uentris ori: hyssopus porro uitalibus uiribus ac pulmoni: helenium renibus ruta colo: gentiana cerebro: seseli uesicæ. itaq; unũ quodq; horum mellis dulcedine uenatur & pellicit trahitq; ad suã tutelam accommodatum in quibus omnibus sunt serpentum carnes ammixtæ: & naturalẽ dexteritatem habentes ad unum quodq; uenenum ferum uimq; corruptionis effectricem. ĩ omnia igitur mẽbra cum hæc partita fuerint passionem ullam: quæ corruptionem minitetur officere non sinunt propugnãtia ꝓinde ac milites ingenui in armis: expediti pro sua ciuitate.

ALEXANDRI APHRODISEI ECLOGAE MEDICINALIVM ET NATVRALIVM AMBIGVITATVM PROBLEMATON SECTIO SECVNDA. PROHOMIVM.



Esculapii munus cuncta ad usus humanæ uitæ comparat a dignitate longe antecellit animato siquidẽ ac rationis participi corpori ad quã si dirigeret mœtam exhibuit. Cuius obseruatio: moderataq; custodia reliquis artibus cunctis principium instituit. sensus quidem exacuendo: diæta membra: ac inuentionum instrumenta roborãdo alia ꝓuidenter aĩaduersa: utiliter custodiẽdo: alia mendose ꝓducta emendãdo ac dirigẽdo. hæc corporis ita curã gerit: ut animã neutiquã negligat philosophiæ enim suggerit cognitiones. Cuius fine illa sibi peculiare consixit principium: nec a naturali abhorret speculatione. eorum enim quæ facta sunt compositionem accipiens: reliquorum mensuram percalluit. hoc quãuerissime diuinum beatũq; inuentum in rationum indagine collocatum: hac laude nõ iniuria fruatur: ut ad scientiæ normam nomẽq; perueniat: ꝙ si quispiam artem ipsam audeat appellare: non hac de causa: sed propter subiectam materiam: an non igitur hæc per sese speciei cõmodam gerit rationem: ad scientiam ĩmodilem acta autem ad corpus siluãq; induens eam artem fieri necesse est: ita sane anima quæ multorum consensu philosophorum est immortalis: ꝙ sit ĩcorporea: ꝙ seipsam moueat. ab aliis contra mortalis existimatur. Corruptibilem siquidẽ ideo ipsam ferunt: ꝙ sub silua demersa patiatur afficiendo. atqui non cohibetur: non afficitur anima sicut proposuimus sed talis in corpore anima est: qualis in defecatissima aqua solaris radius an non cum perspicua fuerit aqua: aquæ gerit effigiem: at si aliqua de causa perturbetur. ipsa essentia quidem non transmutatur sed quod emicabat occultatur: illæsa in præcipua actione permanens ita porro sæpenumero sol nubis obiice elucentem radium occuluit ne ulla quidẽ in parte sincera ipsius radii natura læsa: quẽadmodum igitur de anima nunc diximus itidẽ de medicina dicere possumus. ipsa enim per sese primo quod in concussum est tenet primo fundamentum habet ĩmobile quippe quæ scientia est. Cæterum siluæ participes a dignitate declinat obnoxiaq; fit ars euadens: firmitudinem suã amittens. at quod secundarium est respicere nihil attinet cum sit accidens: uerum quod primas gerit utpote substantia: quæcũq; demũ in nostrum adiumentum transtulimus: ac non ex quæstionũ usu: ea pauca sunt capitula: quæ ex ipsa decerpentes hic insersimus proficientia quidem eis qui hanc prosequuntur & præsertim rationem consectantibus: utilitatem non parum ad rerum inuentionem allatura.

Cur phrenetici raro & uehementer respirant? quoniam animæ actionem per medios neruos & musculos esse manifestum est. ab iis igitur quatitur thorax. iure ergo rara fit respiratio ui animali læsa sui siquidem operis obliuiscitur nec prædicta membra regit. ingens autem excitatur propter cordis laborantem spiritum. nam uis uitalis insurgens animã pungit & mouet ei abolitionem minitans: nunquid ꝙ deficiens propter morbum amisit anima id suo cor usu magnitudine suggerit.

Cur homines ungues mollissimi: utrum quod etiam cutis? nam ungues inde manant: aut ꝙ alii aliis sunt ungues utiles. quibuscunq; igitur sunt duriores illis etiam sunt magis utiles.

Cur qui nati sunt cæci: calui non euadũt. utrum ꝙ caliditas mutilis oculis se in proximũ transferat locum? nunquid non frigesit locus: sed semper nutrimentum habet. Caluitium autem a frigiditate oritur: aut ꝙ cum locus caliditatem admittit ut nutrimentũ absumat non fit in sincipite ulla superfluitas. Luminibus autẽ orbaꝰ frigefactus est. proinde & ibi multa redundãtia est: atqui crines ab superfluitatibus exoriuntur.

Cur barba rubeſcit abſq; capite:Caput autem abſq; barba non rubeſcit?nempe quoniam rubri capilli ex imbecillitate oriũtur:& in barba pili:natura ſunt imbecilliores: hoc ex eo licet intueri ꝙ imberbes fiunt.nõ autem calueſcunt:uel id fero. Certum igitur ꝙ locus fere non poteſt: quamobrem cum qui ualidior eſt flauos ferat:imbeciliorem quoq; eos ferre neceſſe eſt:ſed ſi hic:non tamen neceſſe eſt qui ualidior eſt ferat.

Cur longi capilli fluunt?nempe quod capillus quidem ſerra eſt:ſub ſerra uero cutis. atqui quæ longe ſub ſerra abſunt facile ſubmotum cadunt:& omnino quæ a quieſcẽte abſũt:hæc in mechanicis facile uideri poſſunt.

Cur in palpebris capilli cani nõ gignuntur.utrum ob propietatẽ nutrimenti quod circa oculos ex eo autem licet cõiectare ꝙ ibi pinguis gignitur caro ab huiuſmodi autem nutrimẽto iure non augetur admodum pilus.ſiquidem quod ex talibus gignitur redundãtiis non caneſcit.Corruptione enim quadam & nutrimenti uitio caneſcere contigit.

Cur qui in manibus ſnnt ungues citius creſcunt quã qui in pedibus.aut ꝙ ſurſũ uerſus auctio magis ſcandit:quo circa & pili in mento potius creſcunt quã in pube:aut quod in calore quidẽ manus:pedes uero ĩ frigore capiunt ĩcrementũ:aut potius calida ſunt oĩa:aut ꝙ man⁹calidiores & humidiores ſũt.pedes autẽ totius corporis mẽbrorũ oĩum frigidiſſimi:& huiuſmodi partes aliarũ ut pili ĩquã & ungues propter hoc igiť ipſum & frigidi & ĩ frigido loco cõſtituti difficile capiũt ĩcremẽtum qui uero in manibus econtrario.

Cur capilli intorti gignuntur?nempe ꝙ duabus feruntur productionibus retenta introrſum productione a circum ambiente caliditate:qua ɑe re tales ſunt æthiopes

Cur igni exuſti loci pilos nõ edũt?utꝝ ꝙ dẽſa euadit cutis:atq raꝝ eẽ oportet ubi pilus adoleſcit.

Cur craſſi pili longi non euadunt ? aut ꝙ in longitudinem non producta auctio in craſſitudine conſumatur:aut ꝙ craſſi duri ſunt durum autem difficulter mobile quo augeſcat duricies ſi quidem a terreſtri euenit. terreſtre uero nutrimentum ſurſum uerſus emitti non uult motus igitur tarditas calorem augentem præoccupat ut ſe inuicem impediant. proinde in craſſitudinem & latitudinem excreſcit:non in longum.

Cur denſiores tenuibus craſſi pili ?utrum ita propter craſſitudinem uidentur minus enim appa ret quicquid ĩter æqualia interiacet:aut ꝙ ſtati in longitudinem excreſcunt.Multis igitur modis uutrimenrũ exoritur intus retentũ nõ eueſtigio habitu ſurſũ uerſus ſubtus educente.

Cur in oſſatis locis tenuiores ſunt pili?Nempe ꝙ pellis craſſa non eſt.ex craſſo autem craſſiores naſcuntur pili.

Cur rubicantes capilli:exuſti nigriores euadunt ? Nempe quoniã exquoquitur magis in exiguo quod fuerit humidum ab ea quæ ipſi ſubeſt principio caliditate. Eſt ſiquidẽ ex uitioſo flauus Niger uero ex ſalubri nutrimento.

Cur æthiopes intortis ſunt crinibus : ſcythiæ autem & qui ad ſeptẽtrionem incolunt promiſſis Nempe ꝙ arefactus capillus a ſole reflectitur atq; incuruatur ſicut & alia.æthiopes autẽ a ſole & in exceſſu caloris agunt.at ſcythiæ in frigido loco ubi humidũ quod in capillis eſt ſol exurẽdo neutiquã euaporare compellit.inde eſt ꝙ non intorquentur.ꝙ ſi eos aut reflexos aut promiſſos eſſe oportuit:cum intorti non fuerint:ꝑmiſſi erunt:ac protenſi.

Cur inbecillis:& ſenibus cum reliquum corpus attenuetur.ungues tamnen & pili excreſcunt? Quippe ꝙ nutrimenti aliud quidem in carnem aliud inbilem:aliud autem uero in cũctarum tenuiũ ꝑtium it diſtributionẽ.Quæcũq; igitur calida & robuſta ſunt corpora in bilẽ poſſunt & in ſanguinem cibũ cõuertere.Imbecillia uero in hæc minime:ſed in ea quæ minimi ĩdigna ſunt nutrimenti:uelut ungues:& pilos: ueluti illyrios aiunt cæſos in pugnis ac mortuos intra paucos dies fruticantia capillis habere capita : & perinde abſumptis corporibus nutrimenta in has redundantias dilabi:ac diſtribui.

Cur in pedibus pili aut minime aut ſero:aut ætate cõfectis caneſcũt?utrũ ꝙ in facie prius caneſcunt aut in capite:aut in mero.atq ſupior locus inferioi maxime oppoſitus eſt:& in cõtrariis cõtraria iure fieri cõtingit.aut quod canicies ſenii ſignũ eẽ uideať.ſeniũ aũt corruptio quædã defectuſq; caliditatis eſt.Quidnam uero ſit cur cani fiant:alterius eſt rationis . Cæterũ cauſæ huius uitii genus contingit ſenio affectis : quod calor abeat quamobrem etiam rugæ os ſubeunt & e naribus cruor deſinit effluere.ſuræ aũt exiccantur & naſcunť hæmorrhoides ꝙ ſi canicies caliditatis humidæ defectus eſt ; & hæc uis ad pedes deſcendit: ueluti etiam ad pubem hæc loca merito ſerius quam ſuperna caneſcunt idq; in pedibus magis. cũ uero ubiq; humida exaruit caliditas annorum multitudine:tum demũ:etiam in pedibus albi gignunť pili:

Cur lanæ oleo irroratæ candidiores euadunt:pili autem uncti nigriores:nam & lanæ pili ſunt

Nempe

Nempe ꝙ squalore & situ obsita magis flauescunt.uilli auté exiccati & abeũte qui in ipsis est humido albescunt oleum igitur impedit: minime siquidé arefiunt:nec in hoc similiter habere cõtingit:ut uillos qui ablati sũt cõparemus cũ iis q adhuc ĩ corpore uirét. planæ.n.attõsæ sũt.

Cur pecorum molliores uilli renascũt subsecti: hominum uero asperiores? nempe ꝙ pecorum magis densescunt quo longiores euaserint frigefacit nãq; ob calidi imbecillitatem eum qui in ipsis est: aer qui circũfuit idq; magis quo longius a suo calore absfuerint unde exoriuntur aucti uero propter crassitudiné plus habens calidi:sed propterea ꝙ admodum inarescunt fluente te nuiores nisi quicquã impediat adhuc ex incremento fiunt.

brum se colligit, & quo cruda etiam oua nequeunt circumuerit, sed protinus decidunt. Mouenti autem humor se æque expandit. Surgimus igitur a quiete, q̃ ita affecti sumus, sedemus uero a motu quo humor æquabili modo quaq; uersus se porrigit.

Quam ob causam cũ parte corporis dextra cubamus sonus magis accedit. Vtrũ ꝙ uigilantes contra quá dormiétes habemus ergo cũ uigilando parte accubemus sinistra, contrarium sequetur in dormiendi initio cum id contrariũ sit. An ꝙ somnus priuatio motionis est. Partes igitur quarum mouere interest quiescant oportet. Dextrarum autem partiũ mouere interest. Cũ autem ita accubamus uelut initium quod de resurgendi detentum obligatũq; habemus.

Cur torpeamus & cur manus potissimũ & pedes. An ꝙ turpor refrigeratio est. Fit enim propter sanguinis priuationem translationemq;. Manus autem & pedes omninum maxme partium carnis inopes nerui uberes sunt, sed præcipue pedes, itaq; ad refrigerationem celerem sua natura nimirum habiles redduntur.

Cur libenter in latus accubamus sinistrũ, in dexterrũ auté potius dormimus. Vtrũ quoniá conuersi ad lucem minus dormire, somnus eui in tenebris ocius obrepit possumus. An ꝙ dum in latus accubamus sinistrum uigilare magna ex parte consueuimus, & operum functio sic nobis expeditior est. itaq; ad contrarium opus contrarius habitus siue situs requiritur. inuitatur autem quisq; magis ad opus fungendum habitus sui ratione.

SEXTA PARTICVLA QVAE AD CONSENSVM NATVRE ANIMANTIVM PERTINENT.



Vr a morbis nonnullis ægrotant qui appropinquarint a sanitate nemo sanari potest. An quoniá morbus motio est. Sanitas autem quies ergo illa mouere potest hæc non potest. An ꝙ alterum non uoluntarie. alterum uolútarie accidit Res autem nõ uoluntarie a uoluntariis consultisq; plurimum differunt.

Cur oscitanti sæpe in oscitando respondemus & cũ mingentem quépiam uidimus ad mingendum mouemur. quod iumentis præcipue accidit. An ꝑpter memoriam. Mouemur enim ea ipsa parte quotiens meminerimus, hominibus tamen quia sensu præditi sunt faciliori. statim ubi uiderunt euenit ut moueantur. reminiscanturq; iumentis auté uidisse non satis est sed alio quoq; sensu opus est. Quáobrem addito etiam olfactu mouentur. quoniá sensus hic in brutis mobilior est. Vnde fit eodem in loco sequentia mingant omnia quo primũ eminxerint. Tum enim præcipue mouentur cum olfaciunt autem postea q̃ apporpinquarunt.

Quáobrem cum secari quépiá aut uri aut torqueri. aut aliqua re tetra affici uidemus animo uicem eius doleamus. An ꝙ omnium communis natura humana est, ignoscimus ergo cum tale quidpiá inspeximuspropter naturæ consortionem & familiaritatem. An quomodo nares, & aures delibationes quasdam rerum obductarum pro sua facultate concipiunt, sic etiam aspectus afficitur & a re delectabili & a tristi.

Cur a tabie & lippitudine & scabie capiũtur qui appropinquarint ab aqua autem intercute. aut febre aut stupore attonito. aut aliquo ex numero cæterorũ malorum capi nequeunt. An a lippitudine quoniá oculus pars nostri corporis immobilissima est. cæterarũ maxime omnium rei sibi obiectæ similis reddi potest quippe qui facile moueatur ab eo quod moueat. itaq; fit út cũ pturbatũ obspicit oculum. facile ipse etiá perturbetur. Talis auté contagio ideo fit. quoniá spiritũ uiciat grauéq; reddit. Celerrime auté oés morbis arripiuntur his qui spiritu corrupto proueniunt quale est omne pestilens genus. Qui auté appropinquarit talé profecto spiritũ trahit qualé æger ille reddiderit. Aegrotat igitur: quia morbiferũ est quod spiritu trahitur. ab uno auté morbum excipit quoniá unus ille sic spirat. Cæteri secus. eundé uero quia quo ægrotarit hoc non aliter spirat q̃ fuerit affectus. Sed scabies magis q̃ lepra cæteraque uicia generis eiusdé afficere potest quomiá per sũma corporis errat & humore manat glutinoso. Genus náque prurientiũ oé tale est. itaque idipm quia per sũma oritur glutinosũque est nimirũ idcirco attingere potest. Cætera nequeunt. uel quia non per summa proueniunt. uel quia persistere suam ob siccitatem non possunt quamuis per summá cutem oriantur.

Quid est ꝙ nõnulla ex his quæ audiu brisia nobis occurrunt ut inhorrescamus efficiant ut serra cum exacuitur. & pumex cũ secatur: & lapis cũ mola frangitur. Quæ auté notæ affectionum patent aspectui hæc genera affectionũ ipsa in nobis creant. dentes enim stupescunt cũ aliquos rem acidam edentes aspicimus Et plerique cũ homines laqueo suspendi uel aliter strangulari uiderent ipsi defecerunt. An ꝙ uox omnis genusque omne strependi spiritus est qui nostrũ subiens sensũ mouere nos solet. Cũque suum motũ uel magnitudine uel pulsu uæhementiore amplificauit. aliquid ex his quæ nostro in corpore latent immutant & sæpe interimit. Ergo spiritus qui q̃uis magni lenes tamen adierunt. hi sedem ipsam cõmouent sentiendi. & lætitia ob eam ré nos afficiunt. Asperi auté quoniá ictũ inferũt uæhemétioré sedé utique illá ꝯcutiũt. lõgeque ꝑ ictus sui facul

fate se

tate se porrigunt. Quod idē res quoq; frigidæ faciunt. Frigiditas enī uis quædā est, sed hāc horrorē inuehere posse dictum iam est. asperitas uero q; pulsu frequāte initiū pilo℞ cōcutiēs in perte pellit aduersam. efficit ut pili se erigant. Pulso nāq; initio cacumē pilo℞ se trausferat in partē aduersam necesse est. itaq; fit ut pili exurgāt. oēs enī deorsum ꝓcūhunt. Et spiritus quoq; qui per aures corpori se insinuat: de sūmis ad ima se defert. Ergo cū soni quos modo diximus asperi sint horror utiq; ob causam ꝑdictā moueri potest. Sed euenit ut cæteris partibus potius q̄ in capite moueat. quoniam ut pili partium cæterarum imbecilliores sunt. sic affectus hic imbecillus occurrit. Cur uero sensus audiendi quam uidendi obtusior sit. affectus quoq; hebetiores per sūma errant: q ab coipso ꝓficiscunt. Horror autē talis est quāobrē multis ac uariis causis existit. Sensus uidendi uero cum oīum exq̄sitissimus certe sit. euēta quoq; ipsa pro sua ꝑstātia solet ingerere. Quo circa efficit ut ipsi ueri affectus ꝓficisci ex eo possin q̄uis uero leuiores. At in sensu audiēdi ut ipsos minime: sic eo℞ expectationē nimirū horramus: Rei enī tristis & anxie expectatio existit.

SEPTIMA PARTICVLA QVAE AD RIGOREM ATQVE HORROREM PERTINENT. THEO. INTERPRETE.



Va de causa liuidi qui rigent efficiunt. An qm̄ sanguis appulsu frigoris gelascit. gelatus autē nigrescit ꝓpter caloris inopiā. Albedo nāq; igni tribuit. Quapropter his maxime qui ætatē ꝓcesserūt caro liuescit eo q; calorē minimū obtinent.

Cur extrema corporis maxime rigēt. An ꝓpter angustiā. Foramina enī quæ in his īsunt angusta parū obtinent sanguinis. & ob eā rem parū caloris sortiuntur. Sanguis enim calidus est.

Cur pedes magis tunc rigent: cū suspēsi tenent. Vtrū q; frigus amplius ad eos aspirat. An q; sanguis in breuiorē se cōtrahit partē. itaq; reliquū frigori opportunius reddit: cū calor desit.

Cur tpe frigido maxime uis illa famis intollerabilis incidat qui caninus appetitus uocatus est: & hiberno potiusq̄ æstiuo. An q; uiciū hoc ob inopiā alimēti sicci solet accidere. Tpe aūt frigido: hiberno cū calor in angusta se cōtrahit ocius interdū deficit alimētū quod cū defuerit: uiciū id esuriendi accidere cōsentaneum est. at si in ea cibi uiciosa cupiditate resolutio ībecillitasq; secuta est materia statim interna corporis a collecto calore colliquescit. quæ si ad locū cibo a natura destinatū influxerit. pro cibo seipsam corpori applicabit. sed si spirandi sedē adiuerit. obmutescere atq; lāguere necesse est. obmutescere inquā quoniā spirādi meatus intersepit: atq; obsidet. Languescere aūt est ꝓpter mediā cōsūptionēq; corpis. Celeriter tñ paucisq; remediis subuenit: eo q; eius mali ort⁹ extrinsecus est. Frigus enī calorē corporis nostri intus cōpellēs ac cōtrahēs insatiabilē edendi illā cupiditatē iniicit atq; intēdit. Quāobrē quō qui in metuēdo tremebāt pallebātq; periculo demū liberati subito ad priorē redeūt statū: sic etiā esuriētes illi ubi parū sūpserūt panis citissime recreātur: ut qui ui paulo a naturæ rōne sūmoti aberrent nō qui penitus corrupti desciscant. Quod enī naturæ tenorē in partē aduersam uiolat idē suæ naturæ eundē restituit. Ergo dimisisse tātūmodo satest. quemadmodum cum aduersi inter se pueri funem enixi retrahunt. Quippe qui fune dimisso resupini protinus decidant.

Cur hoīes pleni admodū rigēt cū tñ pingue oē calidū sit. An ꝓpter amplitudinē molis ut lōge a calore interiore distāt partes extremæ corporis sic ꝓpe ab extremo frigore absunt.

Cur exercitati frigus uæhemētius sentiunt q̄ inexercitati. Vtrū qm̄ pingue cōsumptū a laboribus est. quod utiq; teporē ꝑstare potest. Calidū enī opimū est. an q; spiratiora solutioraq; corpora eo℞ ideo sunt: qm̄ pingue excrementūq; oē detactū est. ita ut frigus arcere nequeār: an q; meatibus ꝑ per sudationē patefactis ueluti hostia cōplura aperiunt habitū aūt nō eūdē sanitati: & robori eē idoneū manifestū est. alteri nāq; pinguis alteri laxus uidetur plane cōuenire.

Cur ut aqua frigida: sic etiā calida infusa horrescimus. Res enī cōtrarias inter se idem efficere posse absurdum est. An frigida infusa calor interior extinctus horrorē mouet. calida autē frigus externum circū obsistens in unū seq; prosugū intercolligens eff cere idētidē potest: quāobrē utrūq; ab eodē agitur. Vernm alias ab interiore alias ab exteriore ut dictum iam est.

Cur pili in cute inhorrescunt. An ubi cutem cōtraxerant merito eriguntur. contrahūt autem & rigore & aliis plærisq; affectibns.

Cur ad extremā urinæ missionem inhorrescere solemus. an dum humor calidus ille inest. Vesica & meatus qui circa eam positi sunt pleni expertesq; frigoris substāt. Post uero ubi effluxerit aere frigido replētur. Quippe cū inane nihil esse naturæ ratio patiatur: sed aut aeris aut corporis plenū esse unūquodq; necesse sit. Quod igitur aer se induxerit frigidus recte ut inhorrescamus euenire solitum est.

Cur lingua rigentium quemadmodum uinolentorum errare soleat. Vtrum q; a frigore cōcrescit ac indurescit mouenti difficilis redditur: itaq; explanare non potest. An quia partes exteriores appul

su densantur frigoris humor intus collapsus linguã madificat exquo suo fungi officio lingua nequit ut de uinolentis etiã diximus. An ꝙ per tremorẽ a rigore inductũ motus temere agit. Articulate uocabula lingua edere nõ potest. itaqꝫ oberrat & hesitat.

Cur pili rigentiũ erigunt. An ꝙ ex refrigeratione calor in partem interiorem se colligit. Vbi autem carni caloris beneficium defuit: magis coagitur. Quod cũ fit pili erectiores effigi cogunt.

Cur hieme cũ currimus magis rigemus q̃ cũ stamus. An ꝙ aer nostra ambiens corpa cũ stamus ubi semel cõcalefactus est nullã ꝑterea molestiã infert. cum autẽ currimus alius atqꝫ alius subinde frigidus occurrit: itaqꝫ facit ut magis rigeamus. Ad hæc aer cum mouetur frigidior redditur: quod quidem in currendo maxime incidit.

Cur tpe matutino frigus acrius est cũ tñ sol ꝓpius absit. an ꝙ plus tpis absentie solis exultat: itaqꝫ terra magis rafrigerata est. an ꝙ die instante ros & pruina cadere solent quæ frigida sũt. an hæc et iõ cadũt: qm̃ calor qui sursum se extulit ui frigoris supat: idqꝫ nõ nisi solis absentia euenit. Quocirca cũ lõge distat nõ cadũt cũ ꝓpius tũ cadũt atqꝫ gelãtur ꝙ locus uæhemẽtius refrigeratus est ꝓpter solis diuturniorẽ absentiã. an die instãte potius flatus incitãtur nocturni: qui gelidi ad modũ spirãt. an nobis frigus acrius idcirco esse uideatur ꝙ cibi cõcocti iam sunt. inaniores autẽ cũ sumus. frigus utiqꝫ acrius sentimus argumentũ ꝙ a uomitu maxime frigere solemus.

Cur ubi sternuimus uel minximus plærũqꝫ inhorremus. an ꝙ ratione utraqꝫ uenis subtrahit ꝙ cũ redditæ sint ianiores: aer ingreditur frigidus qui rigorem ciere potest.

Quã de causa qui uæhementer frigẽt si statim copioso igne cõcalefiãt indolescũt. si paulatim uero tepefiãt sine magno dolore recreabunt. an ꝙ oĩno cũ ex cõtrariis cõtrariũ proficiscitur magna effici cõmutatio solet: ut in arbore siquis paulatim deflectit nihil est ꝙ stirps ipsa laboret. at si uæhemẽtius corripit: nec sensim adducit: frãgatur necesse est. Ergo si simile a suo simli affici nihil potest. Vt aũt calor hominis frigẽtis intus se consistit: & colligit sic humor & rigor parti exteriori relinquunt: cõtrariũqꝫ sui cõtrarii corrũpens est efficitur recte ut si sensim paulatimqꝫ tepefiãt calor prouocetur & exeat. itaqꝫ minus doleant: sin subito recalescant amplius adducatur & astringatur: itaqꝫ dolendum acrius sit.

Cur refrigerati magis ab eodẽ calore urimur atqꝫ dolemus. Vtrũ caro suæ causa densitatis calorem occurrentẽ sibi tenacius suscipit ex quo plumbũ calidius redditur q̃ lana an calor ui penetrat eo ꝙ foramina nimio frigore congelauerunt.

Quã ob causam nõ rigent qui irascunt. an ꝙ ira & excãdesentia timiditati cõtrarii affectus sunt. Et aũt ira ex igne ꝓficiscẽs. Cũ enĩ intus copiã ignis retinemus cõcalescimus: quod maxime in pueri li ætate ꝓspicere licet. Pueri nãqꝫ primũ spiritus copiã retrahũt deinde rubescũt. calor enĩ cũ intus affatim substat atqꝫ humificat: facit ut erubescãt. Nã si quis large aquã frigidã his infuderit irã sedabit. Sic enĩ calor extinguit. Pauidi autem & perterriti contra rigent enim & frigidi pallidiqꝫ redduntur. calor nãqꝫ eorum se sũmis de partibus se uocat ad imas.

Quãobrem quotiens inhorrescimus pili erigunt. an ꝙ in humore occlusi cõtinent. humor enim a pili altitudine uincitur. horror autẽ pulsu frigoris fieri solet. Frigus uero calidum humorẽ congelet. naturæ ratio uult. Ergo ubi cõmutatus cõgelatusqꝫ humor est in quo pili inherent pilos ipos mutari cõsentaneũ est. aut igitur in partẽ aduersam se trãsferrent in in eadẽ manebũt: si rursus uincere humorẽ potuerint. At uerisimile nõ est ut humorẽ gelatũ coactũqꝫ pilus uincere suo ponduisculo possit Ergo si pilus undiqꝫ gelido humore obsessus ne quo ualeat inclinari: restat sane ut erectus cõsistat. an qm̃ calor pulsus frigore ad locũ interiorẽ se colligit. Vbi autẽ calor se a carne dimouit: caro plenius cogit coactaqꝫ pilos eminẽtius erigi cogit quõ si cũ terræ festucam: aut aliud quodlibet infixeris construas. atqꝫ undiqꝫ terram colligas: efficies ut magis erigi possit quod infixum est q̃ si terra minus esse coactum scieris.

Quã ob causam qui rigent maxime dormire non ualeant. An quoniam qui riget spiritum magis retinet q̃ laxat. qui dormit magis reddit q̃ attrahit. Facit igit rigor ut cõtra agat q̃ cũ dormitur.

OCTAVA PARTICVLA QVAE AD RES NATVRALES COMPENDIO PERTINENT THEODORO INTERPRETE.



Vr in animantium genere alia tussiunt alia non. Verbi gratia: homo tussit bos minime. Vtrũ ꝙ cæteris maxima ex parte excremẽtum aliorsum se uertit: homini autem eo conuerti natura uoluit. an ꝙ homo maximum humidissimũqꝫ cerebrũ continet. Tussis autem pituita distillante fieri solet.

Cur homini tãtũmodo ex omni animantium numero sanguis e naribus defluit. an quoniam plurimum cerebri idcqꝫ humidissimum homo continet. Vnde uenæ excrementis per ora eodem tendentia nimiũ replete profundere inde coguntur. Sãguis enim uicia-

fns

tus quisq; integro tenuior redditur. Talis aút est qui se cerebri excrementis miscuerit. Et quasi in sanien degenerat.

Cur alia ex animátibus sub cutem: alia intra caruem. alia utroq; modo pinguescere consueuerunt an quibus densa est caro his inter cuten & carnem humor ꝑtenuis cogitur ꝙ is semper sua natura eminet atq; residet qui tandem concoctus pingue effici solet. Quæ auté carne sunt rariore cutéq; gerunt obuiam hæc opima intra carnem redduntur. Quæ uero utroq; modo se habent. utroque etiam pinguescunt:

Cur uitiliginem pueri: mulieresq; minus habent quam uiri. Et in eoipso fœminino sexu quæ prouectæ ætate sunt magis habent quá minores. an ꝙ uitiligo exitus spiritus est corpora auté puerorú contextu denso non facili expiratu constát & mulierum minus expirant q̃ uirorú. Spiritus náq; in menstrua se auertit fœmine densitaté uero leuitas eiusdem satis declarat. Quæ auté corpora ætate processerint aut consenuerint respirantiora euadunt. hæc enim modo ædificii ueteris structuram suarum partium laxiorem iam habent.

Cur homo tantum habeat uitiliginem. Vtrum ꝙ tenuissimá is ex omnibus animblibus cuté habet simulq; flatibus redundat. indicium uero ꝙ uitiligo partibus tenuissima cute obtectis maxime primumq; existit. an & his ipsis de causis & præterea ꝙ homo unus ex omninm animantium numero canescit. Quippe cum in uitiligine pili canicie immutétur itaq; fieri non potest ut uitiliginem habeant quæ unnquam canescere soleant.

Cur capris & ouibus lac plurimum demulgetur quæ corpore non maximo sunt homini auté & boui minus: scilicet ad corporis ꝓportionem. Vtrum ꝙ his copia in corpus absumitur. cæteris in excrementum se confert. ouibus autem & capris q̃tum excreméti accesserit oé í lac transit. an ꝙ plura gignunt q̃ quæ magno sunt corpore itaq; plus atrahunt excrementi quoniam plura alendum sit. An his grauidis plus excrementi propter corporis imbecillitatem redundat. Lac autem excremento consistere certum est.

Cur animantium alia cum aquam mutarint colorem suú amittút similia quæ loci illius domesticis redduntur ut capræ alia uero nunquam amittunt ut homo ad summam cur alia non ut coruus. q semper inconmutabilis persistit an quorum natura uincere perdomareq; humorem non potest ut auium quæ uesicam quoque nullá ob eá rem obtinét hæc nusquá mutari possunt.

Sed cur non illa eadem sed quæ nata ex his sunt hæc mutentur. an quod recens nata suis parentibus sunt infirmiora:

Cur mares corpore maiori ex toto pene sunt q̃ fœmine. utrum ꝙ mares calidiores fœminis sunt q̃ res uim obtinet augendi an quod mares prediti natura integr asunt. fœmine manca oblesaque desciscunt an quod mares longo temporis spacio perficiuntur fœmine breui.

Cur in animantinm genere alia breui tempore pariunt alia diu gestant. an longius perfici solent qb⁹ longiora sunt uitæ spacia. Sunt autem partu tardiora quæ longo tempore uiuunt: Sed non uniuersaliter idest. Equus eni ut tardius maxime quá homo parit: sic uiuere minus potest. Cuius rei causam uuluæ siue uteri duricies habet. Quomodo enim ager sitiens. haud cito suas stirpes enutrit sic durior uulua equarum in formando nutricandoq; suo fœtu remoratur.

Cur proles ceterorum animantium magisquá hominis suis parentibus similem gerit naturá an ꝙ homo uago uarioq; plurimum animo in coitu est prout auté pater materq; in cóceptu affecti fuerút ita partus euariant. Cætera uero animantia omnia aut certe plurima rei tantum ipsi intendunt: totaq; sese ueneri dedút. Adde quod ob eá auiditatem minime repleri magna ex parte patiuntur.

Cur albi tam homines quá equi oculis magna exparte cesis sunt. an cum oculi quoq; color consequitur itaq; haud immerito cesius est.

Cur homines uaria statura proueniunt. Vel potius querendú in uniuersum cur in animantiú genere alia paruo alia magno consistant corpore causa duplex sane reddi potest. aut enim locus aut alimentum id facit Locus si angustus est alimentum si exiguum quod etiá partu iá edito nonulli efficere conantur. ut qui catellos in caueolis occlusos educát. Quibus itaq; causæ locus est hi pomiliones redduntur. Sunt enim latitudine quidé ꝓfunditateq; pro magnitudine suorum parentú breues tamen oino. Cnius rei causa est quod recte liuæ in aduncas se flectunt. igitur quomodo tabernarum picturæ: quáuis breues tamen distente in lattiudinem profunditatemq; cernuntur ita pomiliones quoq; formari ex loci angustia incidit. At uero qui ob alimenti inopiam perfici non potuerint. hos membris quoque puerilibus constare uidemus. Fitq; ut aliqui quáuis breues admodú sunt modice tamen coagmentatas omnes sui corporis partes habeaut. Mellitenses catelli. Ratio enim quod non ut locus. sic natura suum efficere opus soleat.

Cur in animantium genere alia maris ac fœmine coitu creantur. alia concretis quibusdá proueniút similiter atq; primus eornm ortus extiterit quéadmodum qui de natura docent. primum animantium ortum mutatione dimotioneq; mundi uniuersiq; otbis ingente differunt extitisse. Et ꝙ núc

gallinæ furiunt non cum peperint:ſed cum incũbunt ratione inædiæ.

Cur ſpadonibus cætera in ſexũ fœmineũ uiciata mutãtur. Vox enĩ tenuis:corpus imbecillum deniqꝫ ita hoĩes cõmutant̃:ut etiã cæteroꝝ animãtiũ quæcũqꝫ caſtrata. Nã & thauri & uerueces ſua cornua ecõtrario gerunt quod fœmine quoqꝫ eorũ contra quam mares armantur cornibus. Itaqꝫ alii maiora exciſi gerũt:alii minora. Magnitudo uero tantũmodo ſpadonibus dico ad ſexũ uirilẽ cõmutatur. maiores nãqꝫ redduntur quæ quidem res maris ſua ꝓfecto eſt. Quippe cum fœminæ minores maioribus eſſe ſoleãt. An ne id quidã ad marẽ ſed ad fœminã ꝑtinet. Haud enĩ omne magnitudinis genus:ſed longitudinis dũtaxat acquiritur. cũ mas ꝓfunditate etiã augeat̃ & latitudine. ſic enim ꝑfici ipſe aſſolet:ad hæc ut fœmina ad marẽ ſic fœminæ ipſius uirgo ſe habet ad mulierẽ. altera enim generoſa iam eſt:altera nondũ eſt. In eam igitur ipſam fœminæ magnitudinem mutãtur:creſcere nãqꝫ in longitudinem corpus aſſolet fœminarum. Vnde carmen illud Homeri. Virgo diana dedit pro longi corporis uſum:utpote cũ rem quã ſuam ob uirginitatẽ haberet largiri nimirũ poſſet. ergo non magnitudine in marem mutatur cũ non in magnitudinis genus perfecte cõmutet̃. Spadones enim lõgitudine tantũ in magnitudine proficiunt.

Cur ſpadones uel omnino uaricibus uacant:uel minus habẽt q̃ cæteri. An quoniã naturã ſuã dum caſtrarẽtur in genus ſeminis in fœcũdum cõmutarint. Talis autem eſt puer & mulier:quoꝝ neutrum habere uarices ſolitum eſt p̃terq̃ ſimiliter raro.

Cur homo omniũ maxime animãtium oriri claudus poteſt. Vtrum ꝙ cæterorum crura robuſtiora ſunt oſſe nãqꝫ & neruo tam quadrupedum q̃ auium cõſtat hominũ carne redundant. Itaqꝫ facilius hæc ob ſuam molliciẽ lædi poſſunt:cum ſe in utero mouent. An ꝙ ſolus ex omniũ animãtiũ genere uaria generationis tempora obtinet. Nam & ſeptimo & octauo & decimo mẽſe uenire in lucem poteſt. Cæteris tempus unum perficiẽdi ſine mora ſtatutũ eſt. hominum generi tẽporis multum pro uaria ratione ĩmorandi conſumi neceſſe eſt. Itaqꝫ cum fœtus mouẽtur extrema ꝙ tenerrima ſunt facile infringũtur:& eo magis quo plus temporis interceſſit.

Cur ſpadones cruribus putridis ulceroſiſqꝫ ſunt. Vtrũ ꝙ etiam mulieres crura habẽt eiuſmodi. Spadones autem effœminati oĩno ſunt. An hoc accidit cauſam autẽ mulieribus quoqꝫ reddere illam debeamus ꝙ calor deorſum ſe uertit quod etiam mẽſtrua declarant. Vnde fit etiam ut præ nimio humore neqꝫ ſpadones neque mulieres pilis ualeant redũdare.

Cur nullum animal niſi homo calculoſum fieri poteſt. An ꝙ iumẽta & quæ unguibus ſunt numeſis ueſice meatus obtinẽt ampliores. Quæ autẽ nõ ꝓtinus ſed poſt parere intra ſe animal conſueuerunt ut piſces nõnulli ex his nullũ ueſicam habere nouimus. Sed humor ſubſidens ille totus in aluum cõſtringitur:ſicut etiã in auibus fit. Itaqꝫ celeriter exit per ſedẽ. At homo ueſicã habet: & ceruicẽ eius canali anguſto pro magnitudĩe porrectã. ergo ꝙ membrũ id adeſt q̃tum terreni humoris ſeuocatur in ueſicam contrudit̃:ex quo uaſa quoqꝫ urinaria ideſt matula eoipſo tingũtur. Loci ãt calore efficitur ut amplius concreſcere atqꝫ craſſeſcere poſſit. Retinetur uero augeturqꝫ ꝓpter canalis anguſtiam. Cum enim terrena illa ſubſidentia prodire ex facili nequeãt reuerſa cohærent inter ſeſe calculũqꝫ ita conficiunt.

Cur non iumenta:non boues aut oĩno quæ cornua gerunt non aues ructare ſoleant. An ꝓpter uentris ſiccitatẽ. Celeriter enim cõſumitur ꝑcolaturqꝫ humor qui dum ĩmoratur inflaturqꝫ ructationem mouere poteſt. Iumẽtis tamẽ ob colli etiã prolixitate flatus deorſum ſe uertit. quãobrem his crepitus uẽtris maxime incitatur. Auiũ cornigerorũqꝫ genera neutrum faciunt. Quinetiam ruminãtibus ructate negatum eſt:quoniã plures continent uẽtres:& quem reticolũ appellamus. facultas etenim meãdi tam ſuper q̃ ſubter flatibus multifariã p̃ſtat̃. Itaqꝫ humor conſumitur anteq̃ inflatum uertatur qui flatus moueat uel ructũ uel crepitũ.

Cur inaĩantiũ genere quæcũqꝫ domeſtica eadẽ etiã fera repimus. Quæcũqꝫ autẽ fera nõ utiqꝫ eadẽ domeſtica natura creauit. Etenĩ hoĩes fieri nõnuſq̃ cernuut̃. Et canes apud indos & equi alibi. ſed non leones:nõ pãtheras:nõ uiperas. nõ alia complura domeſtica eſſe nouimus. An ꝙ res praua & facilis ortu eſt:& mutari quodqꝫ expedite in eã poteſt. Naturã enĩ quæ nõ prima: ſed quæ ultima eſt aſſequi ſtatim perdifficilis eſt. Quapropter omnia etiã domeſtica principio fera potiuſq̃ domeſtica eſſe ſolent:ut puer feratior profecto q̃ uir quippe qui oĩum edax & iræ deditus ſit:q̃q̃ infirmus ergo quõ in operibus artis:ſic etiã in naturæ licet ꝓſpicere. Nam in his quoqꝫ praue omnia facta ſunt & plura ſunt praua q̃ ꝓba ut lectus:ueſtis. quoduis aliud:quodqꝫ probum eſt. id omne prauum etiam coperiri poteſt:quod autẽ prauũ id non omne probũ quoqꝫ reperies:ut ſiquis uetuſtiſſimorum pictorum fictorũqꝫ opera cogitet. Nondum enim perite pingebatur:aut ex ære ducebatur ſed pingui minerua omnia effigiabantur. Natura etiam praue omnia facit & plura praua quam proba:probe uero pauciora præſtare nõ omnia poteſt. At qui domeſticum omne melius eſt. Ferum autem atque ſilueſtre prauum natura ſcilicet non quæ initia: ortuſque continet. Sed cui opinor factu facile ſit probum illud urbanum atqꝫ domeſticum. Contrariũ uero aut nũ-

quã aut

quã aut raro efficiatur. Attamen uel temporũ locorumq͛ conditione temperamentoque uniuersi quodam fieri potest: ut urbana & mitia reddantur omniũ animaliũ genera. hoc idem in omni etiã stirpiũ genere intelligere licet quæcũq͛ enim urbana sunt eadẽ etiam comperiri siluestria possunt At quæ siluestriaextitere eadem oĩa mãsuescere non possunt: nõ tamen desũt quæ suis locis q̃bus dam peculiariter ita se habeant: ut neglecta feraq͛ prouenire p̃stantiora possint & mitiora quam quæ alibi sũmo cũ studio colantur.

Cur hoĩum umbilici ampliores cæterorũ aũt animantiũ exigui ĩcertiq͛ fiunt. an cæteris quoniã tẽ poris multũ gestentur umbilicus arescit. inque directum porrigitur denique ulceribus intume scit. Quamobrem nõnulli umbilici deformes sunt. at uero homo imperfectus prodit. Itaque humi dus atque sanguinolentis sequitur eius umbilicus. Indiciũ cætera perfecta hominem inperfectum prodire quod illa statim inde ab ortu naturæ uiuere sua opera queunt pueri curam desiderant. Nec seruari nisi alieno beneficio possunt.

Cur animantium alia semel coeunt: alia sæpe & alia anni tpe certo: alia nullo statuo tempore sed p̃ ut inciderit homini semper concubitus oportunus est: feris non sæpe. Et quidem sues agrestes se mel concũbunt. Domestici sæpe. An propter pabulum calorem atq͛ laborem: quippe cũ uenus co mes sacietatis sit. nã eadem alibi sepius pariun ut oues in magnesia & africa pariũt bis. Causam ue ro tempus pariendi prolixius obtinet. Vbi enim se ĩpleuerunt non amplius concupiscunt quo nec cibum affectant quæ saciata sunt. Quæ autem grauida iã esse incœperint minus auida ueneris eua dunt quoniam menstrue purgationes nulla p̃terea ueniant.

Cur hoĩes qui raris dentibus sunt magna exparte breuioris sunt uitæ. An indicium hoc est densum os esse capitis ergo cerebrum inualidum est. Quia minus sit respirationibus oportunum itaq͛ cele riter putet: ut quod sua natura humidum sit. Nam & cæteta cum non mouentur: neq͛ exhalant fa cile corrumpuntur: quo etiam fit ut homo capite piloso maxime sit & mas quam fœmina diutius uiuit futurarum sui capitis bñficio. An in cæteris quoq͛ idem sit cogitãdum.

Cur qui manus cæsuram per totã obtinent palmã uiuere diutius possint. An q̃m minus uiuere pos sunt quæ carent aeticulis ĩcompactaq͛ sũt quale genus omne aquatile est. Quod si quæ articulata non sũt uitã breuiorẽ agere solent. cõstat cõtra sese habere quæ articulata existunt. Cuius profecto generis illa etiã sũt quæ cũ sua natura omni articulo careant. tamen articulata nõnũquã quo ad maxime licet cõsistũt. Manus aũt pars ĩterior penitus articulo uacat.

Cur aĩantiũ uni uel homini uel maxime oculi deprauantur. An q͛ homo uel solus uel maxĩe morbo comitiali capi. in puerili ætate solet cũ certe daprauari oĩbus accidit.

Cur aĩantium homo maxime fumo affici potest. An q͛ homo lachrymã maxime emittit. Fumatio autẽ non nisi cũ lachryma est.

Cur equus equo: homo homini: atq͛ oĩno cognata cognatis: sibiq͛ similibus gaudent atq͛ cupiunt Non eni quia pulchrũ uidetur. Cupiditas aũt formam sequitur elegantiorem. Nam si id esset rem pulchram suauiorem esse oporteret. nunc autẽ contra potius euenit. ut quia iocundum suaueq͛ est: ideo pulchrũ esse uideatur. nec omnibus res eadem uoluptati est: nec pulchrum idem lætitiæ aliis enim esse aut bibere aliis concũbere lætabilius est. Sed causa cur unum quodq͛ iustum suo cognato maxime suauissimeq͛ concũbat in alium cadit quęstionem. Pulcherrimum uero id etiam esse nondum afferi uere potest. sed nobis quod ad concumbẽdum suauius est pulchrum certe uide tur. Quoniam rei quam cupimus aspectu quoq͛ nimirum delectemur. Et quidẽ in cæterisetiam cupiendi generibus res pariter sese habet. Cum enim siti detinemur: humorem suauius cernimus. Quod itaq͛ ad usum aliquem pulchrum est & quod idem maxime cupete solemus: suauissimum id esse ipsum uidetur. Quod autem per se tale est non præterea sic esse uidebitur. Argumentum q͛ adolescentuli plæriq͛ formosi aptiq͛ nobis esse uidebuntur cum ad concumbendi usum respexe rimus. Nunquid igitur ita ut etiam plus gestiamus quam si deformes quosdam intueamur. Non hercle nisi eorum auidi sumus quomodo potio quoq͛ uidetur pulchrior. Nam si siti detinemur hu morem multo suauius aspiciemus.

Cur hominis prior pars pilosior quã posterior est. quadrupedũ contra posterior quam prior sætosi or. An q͛ omne animal bipes partem priorem habet pilosiorem. Nam aues quoque eodem modo quo homines se habent an partes infirmiores natura semper integere potius cõsueuit infirmum autem unũquodq͛ loco sui corporis aliquo est. Quadrupedũ uero omnium partes posteriores in firmiores loci causa sunt quam priores. affici nanq͛ a frigore æstuq͛ amplius possunt. hominum priores infirmiores sunt: incommodisq͛ illis eisdem oportuniores.

Cur animantium homo maxime soleat sternutare. An quod etiam grauedĩe maxime hõ temptatur Cuius rei causa est quod calor qui circa cor est sursumq͛ sua natura effertur: cæteris animantibus in armos se effert. Vnde per refractionem disiectus: partim ceruicem caputque petit partim in spi nam lumbosq͛ defertur. Hæc enim linea recta: iuxtaq͛ basim sita oĩa sunt. Quod cum æque cor

pus pœne totum recalescat:humores quoqꝫ in sese pariter digerit:planeqꝫ patitur.humores enim calorem sequntur.Ex qno fit ut neque a grauedine admodū infestari:neqꝫ sternutare quadrupedes soleant.Sternutamentum enī uel spititus uniuersi delatio est:humore scilicet plus aliquid exhalante uel crudi humoris conatus excursusqꝫ.Quocirca destilationes solet precedere quæ quidem animantibus cæteris minime incidunt.eo ꝙ caloris illa delatio ante retroqꝫ portionibus æquis se digerit.Homini uero ꝙ erecta basi se in sublime modo stirpiū attollit:euenit ut caloris elatio plurima & uæhemenrissima caput adeat. elatusqꝫ eo calor meatus concalefacitqꝫ capitis qui tales demum effecti nimirum capacioreshumorum quā meatus cordis inferiores redduntur.Quotiens itaque accidit:ut caput humescat refrigereturqꝫ.extrinsecusamplius quā satis sit efficitur ut calor qui & alimentū habet:& se in partem interiorē conttahit nimirū crescat crescens sese incaput meatusqꝫ capitis efferat quo humores prætenues crudiqꝫ sectantes implent meatus destillationesqꝫ faciunt & sternutamēta ratione simili mouent.Nā inter initia destillandi calor humorē sursum precedens inflansqꝫ meatus:sternutamenta expulsu spiritus ductuqꝫ humoris tenuis acrisqꝫ incitat.Vnde fit ut post.grauedinis sternutamentū pituitā aquæ similē abstergamus hæc cū omnia sese mouerint humores coacti crassique subsidunt:& foramina capitis nasique intersepiunt.Facta enī tumidiora distentioraque caput dolore infestant.Argumentū ꝙ nullus per eas spiritus foras mittitur ex quo sequitur ut neque sternuere neque olfacere possint qui grauedine detinentur.Sternutamenta autē quæ sine grauedine mouentur:has quidem easdem ob causas ueniunt:sed exiguis leuibusqꝫ initiis itaqꝫ ubi ui caloris collecti humores sunt:facile ab eodem calore pro sua exiguitate spirascentes in nares interrumpūt.Strepitū uero spiritus nō minus uiolentia sese efferēdi quā sua copia mouet. Cū enim calor directo tramite se ad cerebrum usque extulerit eiqꝫ ipsi impegerit ad nares reflectitur eo q̄m meatns illac foras de cerebro pertendāt.Quod cum illa foras reflectēdi delatio spiritus nares uersus cōtra naturā agatur uæhemens ut fiat nimirū euenit itaqꝫ strepitum mouet.Cæterorum autem animantiū aues maxime grauidinē sentiunt ꝙ formam corporis maxime similem hoīnibus gerunt uetum minus q̃ homines afficiantur.q̄m caput magna exparre deorsū tenent ut que uictū abs terra petere soleant.

Cur maris animalia maiora uegetioraqꝫ sunt q̃ terræ.An ꝙ uis solis consumendo quæ terrā ambiunt copiam detrahit nutrimenti qnamobrē quæ abdita uitam agunt uegetiora sunt his igiur omnibus incommodis cum genus maritimum sit inmune.merito tum adolescere potest corpore ampliori & uegetiori.

Cur cætera aīalia cibum sepius siccū q̃ humidū capiāt:hō humidū sæpius q̃ siccum.An quod homo natura calidissima est:plus refrigerationis desiderat.

Cur spadones calui effici nequeāt.An eo ꝙ multū cerebri obtinent:quod sane his cōtingit:qa rē uenereā nō agūt. semē enī labi p spinā e cerebro uidet̄.qua de causa boues quoqꝫ castrati cornua gerere maiora putamus nec nō & mulieres & pueri:cur calui nō sint eadē rō esse creditur.

Cur animātium alia ubi primū in lucem edita sunt:nutriri per seipsa possint. alia nequeāt.An ea possunt quæ in genere quod memoriæ capax est breuius uiuunt.Quocirca ocius quoqꝫ morte eadem omnia occumbunt.

Cur hō plus excrementi humidi egerit q̃ sicci:equi & asini plus sicci q̃ humidi.An ꝙ hæc aīantium genera sicco pabulo largiori utuntur:homo humidis magis q̃ aridis uesci solet. Ex cibo autē omne proficitur excrementū.& ex copiosiori copiosius.Igit̄ alia humido potius alia sicco largior utūtur pabulo.q̄m alia sicca natura sūt alia humida.Itaqꝫ humidū potius capiunt quæ sicca cōstant natura.Huius nāque sunt indigentia.cōtra siccū affectāt quæ humida sunt natura:utpote quæ qualitatis eius inopiam magis teneātur.

Cur aues & hoīes & genus quodqꝫ animantiū forte corpore sunt duriori.An ꝙ animositas cū calore est. metus enī refrigeratio est.Quorū igitur sanguis amplius feruet hæc & robustiora & animosiora sunt.Sāhuis autem alimento corporibus est. Et quæcūque uero ex stirpibus terræ aqua tepida irrigaueris:omni diriora euadant.

Cur monstra paruæ quadrupedes pariunt:homo autē grandesque animantes omnes minus ut equi & asini an ꝙ paruæ ut canes:sues:capræ:oues:longe sūt fœcūdiores q̃ grādes.Illarum enim aliæ oīno singulos pariūt:aliæ magna ex parte.Mōstra aūt tū cōfici solent cū plura semina inter sese cohærescunt: cōfundūturqꝫ:uel cū prodeūt ex mare:uel cū se in fœmina permiscent.Vnde aues etiā mōstra edere possunt.Oua nāqꝫ uitello pariūt geminato.Monstrum aūt ex geminatis illis cōsistit quoꝝ uitelli nulla interiecta membrana distinguuntur.

Cur hoīum caput pilosius q̃ reliquū corpus nec ex ꝓportione pilosum est. Cæteaoꝝ autē contra. an cætera uel in dētes exuperāt præ nimia alimenti copia:uel in cornua uel etiā in sætā.Quæ igitur in cornua capite minus sætoso hæc sunt.absumptū enī illā in rē est.Quæ autē in dentes plus quidē pili q̃ cornigera obtinēt.Capronarū enī nō nihil sortiunt̄.Sed minus q̃ aues his enim illud

etiam quando hominum genus in tegendi natura tribuit:sed quod illis pro copia nutriméti multis luxuriat locis:id in capite homini abundat. Nec enim nullũ habét:nec adeo multũ:ut pilorum undique excrescat congeries.

Cur unus omniũ animãtium homo canescit. An ꝙ pars animãtium maxima pilũ quot annis deciduũ gerit:ut equus ut bos. Nõnulla deciduũ non gerunt. Tẽpus aũt uiuũt breue ut oues:& quædam alia quoꝝ pilus utpote non senescẽs canescere nõ potest.at homo nec decidium gerit pilum Et longã degit ætatẽ.Itaq̃ tpe consenescit atq̃ inueteratur.

Cur uita breui ĩbecillisq̃ uiribus sunt qui partem umbilico subiectam maiorem q̃ supiorẽ habent ptinentẽ ad pectus. An ꝙ uẽter suã ob breuitatẽ frigidus est. Itaq̃ ut uim paruã obtinet cõcoquendi:sic excremẽtis redũdare aptissimus est. Morbis aũt nimirũ patẽt qui tali uẽtre cõstiterint.

Quã ob causam animãtiũ alia nõ solũ coitu sed etiã sponte naturæ ꝓcreant:alia coitu dũtaxat pueniunt ut hõ:ut equus. An ꝙ & si non aliã ob causam:tñ ꝙ aliis gignedi tẽpus breue statutũ est. Itaq̃ fieri nõ potest:ut tẽpus quod uim obtinet generãdi amplificet prorogeturq̃. Sed tẽpoꝝ uicissitudine cõmutationeq̃:ut ꝓcreẽtur contingit. Aliis multo generatio ampliari solent. Et enim uel anno uel decẽ mentium spacio confici assolent. Quapropter uel nullo pacto:uel ex coitu ꝓcreentur illa uecesse est.

Cur æthiopum dentes candidi & candidiores q̃ cæterorum. Vungues autem non dentibus in cãdore respondent. An ungues ideo nigricant:quia cutis etiã nigra est:& nigrior q̃ cæterorum: ungues autem ex cute proueniunt.

Sed cur dentes cãdeant:quæ nã ratio sit. An ꝙ albescere illa solent quibus uis solis humorẽ detrahit dũmodo nihil supinficiat:quõ etiã cerã albescere nouimus. At cutẽ supinficit calor dentes minime. Sed totus eoꝝ humor in uaporẽ a calore cõuertitur atq̃ exhalatur.

Cur animantiũ alia ꝑciso capite uel ꝓtinus moriunt uel paulopost:alia minime. An ita afficiantur quæ sanguine carẽt:exiguoq̃ cibo cõtenta sunt. Quippe quæ neq̃ continuo cibũ desiderent:neq̃ in humore calor eoꝝ diffundat quibus rebus priuatũ animal sanguine cõstãs uiuere nequit. Illa uero sine respiratione uiuere multo diutius possunt. Causam cur ita alias abũde reddimus.

NONA PARTICVLA QVAE AD VOCIS SONIQVE RATIONEM PERTINENT. THEODORO INTERPRETE.



CVr sensum auditus maxime ob ortu naturæ offendi potest:an ꝙ auditus & uox ab eodem initio ꝓficisci uideãtur.atqui locutio ex facili posse deprauari uidetur: quæ species uocis est.eadẽq̃ perfici difficillime potest. Indiciũ huius est ꝙ postea q̃ nati sumus diu obmutescimus:deinde balbutire tandẽ incipimus. Principio nãq̃ nullũ ꝓferre penitus uerbũ ualemus. Cũ itaq̃ facile peruerti locutio possit idẽq̃ initium audiẽdi loquẽdiq̃ sit. Vox enĩ quædam audiendi quoq̃ primordium est : sequit ut quasi per accidẽs nõ per se omniũ facillime sensuũ auditus interimi possit. Argumentũ autẽ facile oĩno loquẽdi principiũ destrui posse. Vel ex cæteris animãtibus erui licet. Nullum enim loqui ex cæteris potest:sed homini tm̃ facultas hæc data est.& hic tamẽ sero ut dictũ est loqui incipit.

Cur omnes surdi uocem reddere per nares assolent.an ꝙ prope absunt ut rauci sint. Muti autẽ per nares uocẽ extrudũt. Eo nãq̃ spiritus illoꝝ cõpellitur quia ore compresso sũt:quod compressum ideo est quoniam lingua his ad uocem reddendã usui nullatenus est.

Cur oẽs qui natura sũt calida magnã uocẽ emittere solẽt:an ꝙ multũ in his aerẽ frigidũq̃ iesse necesse est. Vis enĩ caloris facile ad se & spiritũ trahit:& aerẽ eoq̃ amplius id agit quo amplior est. Vox autem magna tum oritur cum aeris multum agitatur.utq̃ acuta cum celeriter sic grauis cũ tarde aer incitatur.

Cur omaes surdi per nares loquuntur. An ꝙ surdi uiolentius spirãt.quippe qui prope absunt ut muti sint.meatus itaque narium ductu spiritus laxior redditur:ex quo fit ut nisi per nares loqui non possint.

Cur melius audiui quæq̃ in nocte q̃ die possunt.an ꝙ requies oĩum noctu amplior est : qm̃ calor abest:unde trãquilliora quoq̃ magna ex parte oĩa sunt. Sol enĩ est qui oĩa mouet.

Cur uoces elonginquo acutiores esse uident.itaq̃ qui hominũ procul admodũ habentium clamorem imitantur.uocem acute emittimus:& similẽ his qui suã uocẽ in sonum astringũt tenuiorẽ:& strepitus quoq̃ resonandi acutior uenit quẽ ꝓcul abesse palam est. Non enim nisi per refractionẽ existere potest.cũ igitus in strepitur ratione acutũ quod uelox sit:tardũ aũt quod graue uoces elõginquo delatas tardiores uideri opporteret. Quæ enĩ feruntur eo tardius oĩa mouentur quo longius a suo discesserunt principio tandẽq̃ collabunt & decidunt.utrum igitur qui imitantur uoce exili simulãt & sono tenui agere temptant uocem quæ se e longinquo defert tenuis autem grauis non est. neq̃ exiguus exilisq̃ uocis proferendæ usus grauis est. Sed acutus sit necesse est. An

nō modo q imitant ea de causa ita simulāt:uerūetiā strepitus ipsi acutiores existunt. causa uero cur ita sit ꝙ aer qui defert strepitū excitat. Et quēadmodū primū illud obstrepit quod aerē moue rit:sic ruasus aer subinde mouēdo agat oportet ut partim moueat:partim moueat. Quo fit ut cō tinuari strepitus possit. Quippe cū ꝑpetue mouēti mouens succedat:donec oīs conatus mouendi emarcescat. Quæ quidē res in corporibus nō nisi cadere est:cū.s.aer nō amplius impellere uel telū uel aerē potest. Vox enī cōtinua reddit cū aer aerē ꝓpellit telū autē fertur cū corpus ab aere mouetur. Hic igit corpus idē defert assidue usq; ad eū finē dū corruat. At ibi alius atq; alius aer ꝑpetua uicissitudine ꝓfluit ꝑcedentēq; subsequēs minor est. Itaq; uelocius quidē mouet : sed per minus subinde aeris qua de causa uoces acutiores e longinquo tenuioresq; sentimus. Est enī acutum quod uelocius est:ut ambigēdo supius ꝓposuimus. Hæc eadem causa est cur & pueri & egrotātes acutæ:uiri autē & beneualētes grauiter uocem emittant. Cur uero ꝓpinquis auribus uox grauior acutiorue esse minime pateat. Et oīno cur similis ꝓiectis pōderibus nō sit causa ꝙ ꝓiectū illud cū unū assidue sit idētidem assidue fertur. strepitus autē aer propulsus ab aere est. Itaq; fit ut pondus unum in locū cadere tm̄ modo possit. uox autem quoquo uersus spargat sese:non secus ac si ꝓiectum pōdus dū fertur in partes friet innumeras atq; etiā se retrorsum disꝑtiat.

Cur domus nuper illita magis resonat. an ꝙ maior refrangēdi datur facultas propter leuitatē. Leuis autem ideo est: quoniā continens adhuc rimisq; īmunis penitus extat. nō tamen admodū humidā uolo intelligi. nulla enī refractio de limo effici pōt. Hæc profecto causa est cur etiam opus omne tectorium magis resonet. Quinetiā aeris īmobilitas fortasse aliquid facit:congestus enī uniuersusq; cum sit occurrentem illū retorquere uæhementius potest.

Quā ob causam siqs doliū & lagenas & cætera id gen⁹ figlina inania obruat opiatq; domicilia reso nare ampli⁹ possint. Necnō si pute⁹ uel cisterna uel aliq̄ fouea in domo sit:magis magisq; ita fiat necesse est. An ꝙ rō resonādi nō nisi refractio est sic enī potissimū resonādi illa reciprocatio nascitur. Ergo pute⁹ & q̄libet fouea angustiā obtinet:& aerē colligere pōt. Dolia cæteraq; fictilia dēsitatē quoq; suæ ambiētis formæ præ se ferunt. Itaq; utraq; de cā illud euenit. Cōcaua enī oīa magis sonāt:& ex quoq; ab eā rē sonitū ꝑcipue oīum reddit. Nec uero absurdū ꝙ obruta illd faciūt: Vox enī nō minus in ima se defert. Deniq; quoquo uersus atq; etiā in orbē ferri putādū est.

Cur si uasa quis inania obruerit faciet ut magis ædificiū resonet. An ꝙ uasa soliditate perpetuitateq; sua melius & cōcipiunt:& cōtinent aerē simulq; accidit ut ictus uehemētior effici possit.

Cur aqua frigida de eodē ꝓfluēs uase acutius q̄ calida obstrepit. An ꝙ delatio aquæ frigidæ uelocior est:grauior enī frigida est:acutiorē aūt strepitū reddit quæ uelocior est. Calor uero & raritate alleuat & elatione. Proximū illud est quod faces quoq; ardētes ictū faciūt imbecilliorem.

Cur homini q uigilauerit uox aspior reddit. An ꝙ eius corpus ob cruditatē humescit maximeq; loco supiori:unde caput quoq; grauescit. Et cū fauces humore redūdēt:uocē aspiorē existere necesse est. aspitas enī ob inæq̄litatē. grauitas ꝓpter obseptionē exultat:retardius enī fertur.

Cur cibo īgesto mox tenor frāgit uocis:an ꝙ mēbrū illud uoci tributū crebro cibi occursu ꝑclusū cōcalescit:cōcalescēs humorē attrahit q ob assūpti cibi humefactiouē & largior est & paratior.

Quare qui flent uocē mittunt acutiorē:qui ridēt grauiorē. An ꝙ alteri suā ob debilitatē parū spiritus mouēt. alteri uæhemēter intēdunt quod facit ut spiritus uelocius fieri possit. Cōtra qui ridet resoluitur & debilitat itaq; uocē grauis ædit. Quāquā ægri acutā emittūt uocē parū enī aeris mouent. at uero qui rident nō solum parū sed etiam leuius mouent. ad hæc qui rident spiritū calidiorem emittunt:qui flent frigidiorē. Dolor enī refrigeratio pectoris est. calor itaq; multū aeris mouet:ita ut tarde feratur. Frigor autem parum ciet. idem uel in tibiis fieri nouimus. Enimuero qui spiritu inflant calidiori multo tardius agunt.

Cur pueri cæteraq; recēs nata aīalia uocē reddūt acutiorē q̄ q ꝑfecta ætate sūt:tū tm̄ oē acumē uæhemētia sit:an ꝙ uox motio aeris ē & acutior:q̄ uelocior. Facilius aūt & ueloci⁹ pau q̄ multū aeris mouet. Mouet aūt quotiēs uel a frigore cogit uel a calore discernit. Sed cum īspiratio frigida admisso sit:īterior nimirū aer tātisꝑ cogit cū spiritū capimus cūq; expiratio caloris emissio sit aere sane a calore citato uox effici pōt. cū enī spiritū reddimus nō cū capim⁹ uocē formam⁹. cū autē nouella calidiora sint q̄ uetusta:suosq; meatus habeāt arctiores minus in se aeris possūnt conti nere cūq; calor qui moueat amplior in his īsit res aūt quæ moueat minor subster. Velocius utraq; de cā aer moueri pōt. At si uelocius uox certe acutior dabit ob ea ipsa quæ ante retulimus.

Cur uocē qui flent acutiorē emittuut:qui ridēt grariorē. An qui flent intēdendo contrahendoq; os uociferātur itaq; ꝓpere aer interior intēto mouet. Cūq; per os transeat angustū ferri uelocius potest. Vtraq; igit rōne fit ut uox acuta ædat. Cōtra qui ridēt remisso corpe hiscēteque ore ridēt cū igitur ob eā rem late tardeque ꝓfundant aerē merito uocē emittunt grauiorem.

Cur uocē reddūt acutā qui exptes seminis sunt:ut pueri:mulieres. decrepiti:spadones. grauem autē uiri qui firmissima sunt ætate. An ea causa est qua linea cæteraque tenuia dimensionem unam

dũtaxat ſortiunẽ.craſſa aũt plenaq; plures obtinẽt:itaq; uox ẽt tenuis unã dimenſionẽ habuerit. unũ aũt & efficere & mouere facilius eſt q̃plura. Ergo cũ p̃dicta illa ſpiritũ habeãt ĩbecillũ. Nõ ni ſi parũ aeris moueri ab illo ſpũ põt. Minimus aũt eſt qui dimẽſione unica cõſtat quẽ p̃dictis rõni bus tenuẽ eẽ uocẽq; talẽ ab eo ꝓficiſci neceſſum eſt. Vox aũt acuta quæ tenuis eſt.igiẽ qui ꝓlifi co illo ſæmine carẽt uocẽ hinc merito reddũt acutiorẽ. Viri robuſti q̃m ſpiritu ualeãt multũ ae ris incitare queũt:quod cũ multũ ſit lente mouetur:uocẽq; efficit grauiorẽ. Motu enĩ ueloci & te nuis uocẽ reddi acutã iam conſtitit quoꝝ neutrũ ut in uiro poſſit exiſtere accidit.

Cur uoces noſtræ grauiores ſint tp̃e hiberno. An ꝙ aer ĩterior tũc & exterior craſſior eſt. Craſſior autẽ cum ſit tardius mouetẽ itaq; uox grauior nõ ĩmerito fit. Adde ꝙ ſõnulẽtiores hiberno tp̃e ſu mus q̃ æſtiuo pluſq̃ tp̃is obdormire ſolemus. Sõnus autẽ facit ut mẽbris grauioribus ſimus. Quo igiẽ tẽpore plus dormimus q̃ uigilamus:quod hibernũ ꝓfecto eſt. Hoc uocẽ effici grauiorẽ q̃ qui ecõtrario agiẽ ratio eſt.cum enim tempus uigilandi quod inteeuenit breue ſit.habitus corporis q̃ inter dormiendũ cõmittitur permanere uſq; ad ſõni repetitionem nimirũ poteſt.

Cur ex potu uomitu atq; frigore uocẽ emittimus grauiorẽ. An faucibus interſeptis quã rem pituitã ſubſiſtẽdo cõmittit quippe quæ aliquid fluctionis in eas detrahat aliis uomitus aut potus aliis p̃ſentis tẽporis qualitas p̱ obſtrictionẽ fauces reddit anguſtiores itaq; delatio ſpiritus tardius agitur. Quæ autem tarda delatio eſt grauẽ hæc efficit uocem.

Cur uox grauior e propinquo magiſq̃ e longinquo ſentiri põt. An ꝙ grauior plus quidem aeris mouet.ſed nequaq̃ in longitudinẽ:ergo a longe minus ſentitur:quoniã per minus ſpaciũ ſe deducit. E ꝓpinquo aũt magis. Quoniã plus aeris ſenſoriũ ferit audiẽdi. Acuta ꝓcul ideo audiri põt: q̃m tenuior eſt. Tenue aũt omne augeri in longitudinẽ poteſt. Dixerim ẽt ꝙ motio quæ uocẽ reddat acutiorem uelocior eſt: quod fieri põt ſi ut denſus:ſit anguſtus ſpũs ſit qui aerẽ mouet. Nã & exiguus aer mobilior eſt: quippe qui ab anguſto moueri quæat.& denſus plures efficit ictus qui ſtrepitũ reddãt. Licet hoc in muſicis p̱ſpicere inſtrumẽtis. Fides nãq; tenuiores cæteris eiſdem ſubſtãtibus acutius conſonant.

Cur uox acutior illis eẽ uideẽ qui lõgius abſũt:tũ tñ acuminis rõ ſita in eo ſit ut uelocius feraẽ: & quod lõgius ferẽ:moueri tardius ſoleat. An ꝙ uocis acumẽ nõ ſolũ in uelocite mouẽdi:ſed obſtrependi etiã nimia renuitate cõſiſtat. Qui autẽ lõgius abſunt uocẽ tenuiorẽ excipiunt ob aeris qui moueẽ exiguitatẽ. Motus enĩ ita marceſcit:utq; numerus emarceſcẽs in unitatẽ relabiẽ: ſi corpus in unicã dimẽſionẽ extenuaẽ quæ tam in corpore q̃ in uoce tenuitas eſt.

Cur uocem acutã & exercitati reddunt:& debiles.an debiles qnia parũ aeris mouent parũ autem q̃ multũ uelocius fertur. Exercitati uero aerẽ excitant uæhemẽtius. Aer excitus uæhementer uelocius fertur:acutũ autem in uoce:ideſt quod uelox in delatione.

Cur uox corrũpi his ſoleat q̱ cibo ĩgeſto clamitarũt:itaq; oẽs q̱ uocẽ exercẽt ut hiſtriões:ſaltatores: & cæteros generis eiuſdẽ mane ieiunioq; ore exercitationẽ adire licet ĩſpicere.an uocẽ corrũpi nõ aliud eſt q̃ mẽbrũ qua ſpũs trãſmeat corrũpi. Quocirca rauci quoq; uoce corrupta ſunt: nõ quod ſpiritus uiciatus eſt qui uocẽ affirmat. ſed ꝙ exaſperata artaria eſt quæ uæhemẽte cõcalefactione exaſperari maxime ſolita eſt. Quãobrẽ neq; qui febriũt:neq; qui uæhementer febrierũt ſtatim cũ febris ceſſauerit cantare queunt.ſunt enĩ aſperis nimio ex calore faucibus. Cibis aũt ſpiritũ & largum reddi & feruidi cõſentaneũ eſt. Qui talis autẽ eſt exulceret arteriam tranſmeando atq; exaſperet. Ratio eſt ꝙ cum inciderit merito uox deſtrui poteſt.

Cur uox cũ aer quidam formatus ſit. Et qui cũ fertur formã ſæpe illã amittat echo:ideſt reſonãtia fiat. Cũ enĩ aer uæhemẽtius in aliquod ſolidũ offenderit uox nõ diſſoluiẽ. Sed eandẽ expreſſe reciprocantẽ audimus. An ꝙ refractio eſt nõ p̱fractio.ſic enim cum totũ p̱manet.tũ partes ab eo duæ uniformes proficiſcuntur. Quippe cũ per ſimilem:angulum refractio exiſtere ſoleat:itaq; uox reſonandi ſimilis primæ efficitur.

Cur cæteroꝝ animaliũ nouella recẽſq; edita uoce mittũt acutiorẽ q̃ quæ perfecta ætate ſunt uitulis autẽ grauius mugiũt q̃ boues p̱fecti. An ꝙ infans quoq; in genere ſimilis fœminæ eiuſdẽ generis eſt. Boũ autẽ fœminæ grauius mugiunẽ q̃ mares cũ cætera ecõtrario agãt. At uituli ſimiliores fœminis q̃ maribus.ſunt ergo uoeẽ hi grauiorẽ emittere debent.

Quã ob cãm paleis in orcheſtra ſparſis chori uox minor ſentiaẽ.an ꝓpter aſperitatẽ. Vox enĩ pauimẽto minus leui occurrẽs ut minus una ita minor exiſtit. Quippe quæ minns cõtinua ſit quõ ẽt lux amplior reſplẽdet in leuibus eo ꝙ nihil impedimenti interuenit quo interpelletur.

Cur ſal igni ingeſtus mouere crepitum ſoleat.an quia ſal parum humoris intra ſe continet qđ mox a calore ignis conuerſum in ſpiritum uiolentoq; exiliens impetu ſalem rumpit.omne autem quod rumpitur mouere crepitum ſolet.

Cur pueri nonnulli anteq̃ ætas ueniat qua uocabula ſuo tempore explanare poſſint fari incipiant Et ubi aliquid expreſſe dixerint rurſus obmuteſcant atq; ut prius degunt quouſq; ſolitum tem-

pus loquendi accedat. Quæ quidé a plærisq̃ portenta esse putant̃. iam aliquos etiã statim cum in lucé uenerũt locutos esse ꝓditũ est: an magna quidé ex parte secũdũ naturã hoies prodeũt: itaq̃ illud paucis accidit. Sed natura rõne simul hæc cõtingere ac perfici solent. Quãobré simul & audiunt & uocé emittũt: simul & intelligũt facultate audiédi & loquunt̃ & explicant. Euenit tamé interdũ ne hæc simul cõtingant: sed ut alii prius intelligant q̃ mébrũ id absoluatur quo loqui possumus. Alii cõtra qui scilicet quæ loquãtur intelligere nequeãt. Quæ enĩ audierint simulate eadem reddũt. Sed cũ tépus affuerit utroq̃ iam munere naturæ fungi incipiant. Quibus auté prius sensa auditus in animo ualeant quã mébrum id absoluat̃ quo primo uocem mouemus orõneq̃ condimus iis nõnunq̃ ubi iam multa intellexerint. facultas quoq̃ mébri illius & absolutio ꝓpere cõtingit maxime quidé a sõno. Cuius rei causa est q̃ sõnus data requie, tũ corpora tota tũ mébra singula facit alacriora. Sed fieri potest: ut uel ob aliã huiuscemodi mutationé idé eueniat. Cõplura auté sunt quæ ut efficere ualeamus, breuissimi téporis adiuméto opus est. Et tñ eadé postmodũ æque agere nequaq̃ possimus. Quotiés itaq̃ mébrũ illud ita se habet ut liberũ absolutũq̃ sit efficitur: ut quod per auditũ intelligétiã mouit inde cũ pédet fluitatq̃ in sensu retinet uerbũq̃ reddat: hinc nobis & carmina & uocabula sæpenumero nõ ex uolũtate occurrũt. Et quæ prius uoluntate petita diximus eadé postea nõ uolũtarie dicimus. hinc etiã sæpe quæ nouimus ore explicare nõ quimus ita fieri potest ut pueri aliquid dicãt: rursusq̃ mébrũ cui fandi data potestas est, redeat ad suã naturã ac obmutescat dum tépus corroborãdi absoluendiq̃ ultimũ ueniat.

Cur aliqua obstrepũt mouẽturq̃ subito ut arcæ quæ nullo mouẽte quod sensus nouerit concitantur & crepãt cũ tamé potẽtius esse debeat quod mouet q̃ quod mouet̃. quæ eadé quæstio etiã de corruptione ac senectute est. Quippe cũ a re insensibili oĩa corrũpant̃ quæ a tpe pereũt an simul guttis hoc est & lapidibus quos plãte emergẽtes attollũt atq̃ reiiciũt. nõ enĩ quod ultimũ actiõis est id uel attollit uel mouet: sed hæc uniuersa cõtinuatio efficit. qua quidé re insensibili accidit ut motus ille sensibilis nascat̃. sic etiã res cõtenta spaciis insensibilibus téporis mouet̃. atq̃ in partes digeritur insensibiles. uniuersi tñ & cõtinui rõne exultat & motus & obitus. cõtinuũ aũt illud nõ in instãti tpis: sed in tpe quod ab instãti determinat̃. situm profecto est.

Qua de causa oscitãtes minus audire possimus. An quod multũ spiritus effluentis inter oscitandũ aures etiã intrinsecus subit ut motio uel sensu percipi possit quã trudit ad aures maximeq̃ post sonum, strepitus auté uel aer uel aeris affectio est. igit̃ cũ interior renititur exteriori illi occurrenti efficit̃ ut motus interioris strepitus motũ exterioris retorqueat: atq̃ offuscet.

Cur pueri magis q̃ uiri lingua hesitant. An ut etiã manibus pedibusq̃ pueri minus ualemus & isfantes ambulãdi omnino facultate caremus sic etiã linguæ parũ compotes pueri sumus: & infantes uerbum nullum referre possumus: sed more brutorum animantium uociferamur: uidelicet causa imbecillitatis quæ non solũ hesitaté linguæ: fed etié balbutié blesitatéq̃ faciat. quippe cũ blesitas sit litterã quãdã exprimere nõ posse: eãq̃ nõ quãlibet sed certã balbuties uel litteram ꝑtermittere. uel sillabam hesitas alterã alteri sillabã iungere propere non posse. Quæ quidem omnia imbecillitate eueniunt. Lingua enim subministrare intelligentiæ non potest. itidem etiam uinolenti senesq̃ afficiuntur ꝓpter debilitatem: uiris autem hæc minus usu eueniunt.

Cur uox hoium tã metuẽtiũ q̃ trepidãtiũ obtremescere soleat. An q̃ emigrãte calore cor cõquatit̃. Nã utrisq̃ & trepidãtibus & metuẽtibus accidit ut ita afficiat̃. Cũ cor auté cõquatit̃: ictus nequaquã effici unus põt: sed plures ꝓficiscant̃ ut e fidibus laxius intentis necesse est.

Cur uocem hoies trepidãtes grauem: metuẽtes acutam reddãt. An q̃ metuẽtibus locus cordis refrigeratur: cum calor deorsum se defert: ita q̃ parũ aeris excitare possunt uires enim positæ in calore sunt. Trepidantibus auté calor loca petit superiora: ut etiã pudore affectis effert idé sese ad faciem. Cuius indiciũ est quod plenius erubescunt: resoluit igit̃ multũq̃ aeris quo loquimur efficit. Hic aũt tarde propellitur. Tardũ uero nõ nisi graue in uoce est.

Cur nox ad audiendũ aptior est q̃ dies. Vtrũ ut Anaxagoras ait q̃ aer interdiu stridet a sole cõcalefactus & obstrepit noctu requiescit: utpote cũ oĩs calor abfuerit. Tunc auté quæq̃ audiri melius possunt. cũ nullus strepitus est. An q̃ per inanius facultas audiédi amplior q̃ plenius datur. Est autem aer interdiu densus ut qui lucé radiisq̃ refertus sit. noctu autem rarior q̃ ex eo ignis & radii decesserunt: quæ corpora esse dixeris. An q̃ corpora multifariã interdiu uim intelligendi dispartiuntur. inq̃ res uarias deducunt itaq̃ clara audiendi eripitur sentio. Et eo q̃ omnia die magisq̃ noctu agimus ipsa quoq̃ intelligentia negociis corporis impedita est. Sensus auté ubi seiunctus ab intelligentia est loborem uelut insensibile habet. Vnde dictum mens uidet: mens audit. At uero noctu cum noster intuitus omni sit munere liberatus magisq̃ intelligentia requiescat. Meatus aurium uel amplius patés uel nihilo minusq̃ die: ut capax sonoꝝ pariter est: sic melius eosdé sonos referre ad intelligentiam potest. Quoniam nec ipsa intelligendi uis quippiã agat. Nec ad aspectu temptetur ut fieri inierdiu solet.

Cur homines qui humore prolifico uacant ut pueri mulieres decrepiti & spadones uocem reddũt accutam. Viri autem qui firma ætate sunt grauiorem. An propter membri ĩ becillitatẽ quod mouere aera solet. Mouet enim exiguum aerẽ quod imbecillũ est: exiguus uelocius fertur ꝙ uelociter fertur acutum est. an quod primus meatus qua uox pmeare solet omnibus semine uacius pusillus est. itaq; exiguũ ꝓficisci ab eo potest. quod aera moueat exiguũ uero cum sit uelociter per amplas superiores fauces fertur. At uiris ætate ingentibus hic amplior hebetur ut etiã qui ad testiculos ptinet. itaq; aer pluris est q inde ꝓpellitur Tardior ergo cum transeat. meriro grauior reddi potest

Cur homines lingua hæsitãtes loqui nequeant uoce submissa. An quod offensaculo quodam uox sistitur retineturq;. Sed cũ non pares requirantur uires: aut similis motus cum quicquã ĩpedit motum cumq; non ĩpedit emittendum omnino est. Vox autẽ motus est uocẽq; alteriorẽ solẽt emittere qui pro uiribus conãtur. Ergo cũ expellẽdũ quod obstat emittẽdum sit altius eos loqui necesse est. qui linguæ huiusmodi uicio tenentur.

Cur iidem illi trepidãtes magisquam uinolenti hereant lingua. An quoniam affectus hic similis generi stuporis quam apoplexiam uocamus parti ĩteriori cuipiam tribuendus est quam partem mouere nequeant impedientem propter suam refrigerationem. Vinum igitur quod sua natura calidũ est refrigerationẽ tollit. trepidatio facit. Est enĩ trepidatio metus quidã metus autẽ refrigeratio ẽ

Cur strepitus extrinsecus magis intus auditur quam intrisecus foris. An ꝙ intrinsecus cum uasta- immẽsa quæ adeat spacia discerpitur dissipaturq; ut pars eius uel minime uel minus sentiri possit Extrinsecus uero cum uox sese in locum arctiorem stabilioremq; aerem conferat uniuersa ĩgredit itaq; cũ maior sit non immerito melius potest audiri.

Quã ob causam qui lingua hæsitant melãcolico habitu cõstat. An ꝙ ꝓpere sequi imaginationem: non nisi esse melancolicum est. hæsitãtes autẽ illi tales proculdubio sunt. impetus nãque dicendi præruit anteceditque facultatem eorum: utpote cũ animus uisa sequatur. Balbis etiam idem aaidit. Hos etenĩ omnes membra uoci accõmodata tardiora habere certũ est. indiciũ uero ꝙ tales uinolenti reddũtur cum suas maxime imaginationes nõ rationem sequunt.

Cur porrũ prosit ad uocem sonorã. nam & perdici cõmodũ eadem in re nouimus. An ꝙ alliũ quoq; clixũ delinit. & quidẽ porrũ lentitiã quãdã obtinet: quæ fauces detergere possit.

Cur cætera aĩalia uocẽ tũ acutiorẽ emittũt: cũ ualidiora sũt. hõ aũt cũ inualidior est. An ꝙ hõ ĩualidus exiguũ aera mouet: aer exiguus uelociter pmeat uelociras strepitũ reddit acutiorẽ.

Cur melius audimus cũ spiritũ retinemus q̃ cũ reddimus itaq; minus spirare in uenetiõe ꝑcipitur. Vtrũ ꝙ per uenarũ elationẽ uis sentiẽdi locũ petit supiorẽ cũ enĩ dormimus deorsum se defert & crebrius tũc reddimus q̃ ducimus spiritũ minime quæ audire ualemus. An etiã sanguis cũ reddimus spiritũ ascẽdit: itaq; pars superior implet: cũ tamẽ per inane audiamus. An ꝙ efflatio strepitus quidem est. hic autem exspirando eueniens uim obtundit audiendi.

Cur sal exiguus ocius crepat & exilit. Væhemẽtius autẽ & crepat & exilit qui plenior est. An ꝙ exiguus rumpi cælerius potest: haud enĩ multũ idest ꝙ subeat ignis oportet cũ sal ipse totus exiguus sit. plenior autẽ ille lentius domat ꝙ plus negocii est magnũ dirrupisse q̃ paruum. crepat paruus parũ qui paruus inuæhitur ictus maior magis quia magno agitur ictu: crepitus autem ictus est: ꝙ etiam robustius est magis exilit quoniã minus cedit.

Cur si salem eadẽ magnitudine qua modico igni ingestus crepet nimio inieceris igni uel nihil uel minus crepabit. An ꝙ prius ab igne corripitur quã rumpi possit. comburitur enim humor ꝙ cõsumptus est crepat ꝙ discissus disruptusq; est.

Cur oscitantes minus audire ualemus an quod spiritum intercludimus qui se ad autes trudat ĩdiciũ quod strepitus in auribus nascitur cum oscitamus circunuẽtus autẽ interclusus quod illis spiritus facit ut minus audiamus ad hæc uox oscitantibus quedam oritur quæ uim audiendi ĩterpellare potest & cõprimi uero aures necesse est quotiens corpus se distrahit atq; intendit.

Cur uox cum apta sua natura sit ĩ sublime efferri ut q̃ aer quidem sit nõ ĩ ferius sursum sed supius deorsum melius audiri potest. An quod uox aer quidem iunctus humori est qui pondere humoris grauescens deorsum labitur. non sursum effertur humoris namq; secnndum naturam interest ut deorsum feratur. itaq; ab imis sentiri plenius põt. an hoc uoci dũtaxat animaliũ reddi debeat hæc enim non sine humore profluit. illud uero accidere nimirum uel in cæteris omnibus strependi generibus. nouimus. ergo ut uisus si superius deorsum prociderit sursum uersus reflectetur sed si inferius sursum pertenderit deorsum se flectet. sic uox quæ sua natura cogitur sursum ferri ubi aeri sibi aduerso occurerrit cum ꝑ uim nequeat eum propellere qui & amplior & grauior est reflexa in partem aduersam deorsum se defert. itaq; aer qui ore motus procurrerit ratorquætur & ad ima collapsus sentiri inferius magis potest. Tale etiam est quod in resonando fieri solet uocis enĩ reflexus in partem contrariam agitur.

Cur uinolentis potiusq̃ sobriis frangi uox soleat: an repletio facit ut uox celeriter frangi possit. Cu

ius rei argumentũ ꝙ neq chorreæ neq ludi oẽs statim à prãdio sed ieiunii uocẽ exercere cõsueue re.cũ igit̃ uinolenti ĩpleti sint merito uoces eoꝶ potius frangi solent.

Cur uocẽ acutiorẽ longius audire possumus.an ꝙ uocis acumẽ uelocitas est moueri aũt ocius solẽt quæ uæhementius feruntur hæc longius ferri possunt.

Cur spiritu retẽto melius audire ualemus.an ꝙ respiratio nõnihil strepitus mouet merito ergo tũc melius sentimus cũ strepitus minus est.minus autẽ strepitus tũ est cũ spiritum retinemus.

Quáobrẽ lux quæ tenuior:& nelocior:& dedicatior est corpora penetrare dẽsa nõ põt:strepitus autem põt.an ꝙ lux directo itinere fert̃.itaq siquid recte illi ꝓfluẽtiæ lucis obuiũ sepiat.lucẽ diclu di necesse est.at strepitus:quia spũs est ferri nõ recte etiã põt.itaq efficit̃ ut strepitũ sentire undiq liceat non eum tantũ qui se recte nostris auribus obtulerit.

Quare qui rident uocẽ grauiorem emittunt:qui flent acutiorem. an ꝙ curpore intento uox acuta depromitur.infirmũ autem quod acutum.Quæ utraq in fletibus inesse potius nouimus. Sũt enĩ & intentiori corpore & infirmiori.

Quáobrẽ cũ uox aer quidẽ formatus sit & sæpius dissoluat̃ cũ fert̃.Echo idest resonantia fiat.icto eiusmodi aere insolidũ quippiã uox ipsa nõ dissoluatur:sed expresse eadẽ ꝑcipi possit.an ꝙ aer refrangitur nõ ꝑfrangitur:ideoq totũ a toto proficiscitur.Tum etiã affectus hic non nisi de re simi li existit.Quippe cum aer reflecti de aere soleat in cauo non de cauo.

Quáobrẽ cum simul uocẽ multi emittunt:unusq tantũ q̃tum singuli reddit.multoꝶ uox illa:neq parẽ uocis nnius offert sese.Neq longius pro ratione deducit.An ꝙ singuli proximũ arcẽ propellunt nõ eũdẽ:nisi paulo tenus.quod simile euenit:ut si multi quidẽ ꝓiiciant lapidẽ:sed singuli aut magna eoꝶ pars mittat diuersum.Neq enĩ ibi lõgius aut pro rõne longe lapis ullus deueniet. Ne que hic longius cũctaꝶ q̃ unius uox ꝓterit audiri. Vox etenĩ tanta nõ unius est:sed multoꝶ.Recte igit̃ propinquo uox multa esse uidetur quãdoquidẽ lapides quoq illi multi ita uideri atq idẽ assequi possunt. At e longinquo plusq̃ singulæ sint sentiri nõ potest.

Cur trepidantes uocem reddimus grauiorẽ metuẽtes autẽ acutiorẽ quãq̃ etiã pudor genere metuen di cõtinet̃. An multũ inter se affectus hi distãt.Quos enĩ puduit erubescunt trepidatio aũt pudor quidã est.Qui uero metuũt pallent cõstat igit̃ calorẽ in metu partẽ supiorẽ deserere ut parũ aeris præ sua exilitate mouere spũs possit.uelociter aũt ferri põt quod exiguũ est:uocis uero uelociras nõ nisi acumen est.his cõtra quos puduit.calor partẽ supiorẽ idest pectus petere solet.Cuius rei ĩdiciũ erubescens faciẽ affert:ampliorẽ autẽ aerẽ amplior potentia mouet.Tardius uero omne uer tur quod amplius est tarditasq in usu uocis nõ nisi grauitas est.

Quæ causa est ut lingua hæsitantes aliqui fiant.An mẽbri quo loquimur refrigeratio causam habet & tanquã stupẽs & attonitũ membrũ id est.itaq a uino cõtinenteq oratione cõcelefacti:uer ba facilius possunt copulare.

Cur homo solus ex omnium animãtium numero lingua hæsitans orit̃.An ꝙ solus compos sermonis est:cætera uocem tantum obtinent.Qui autem lingua hæsitant.uocem quidem producũt.sed uerba copulare sermoneq condere nequeunt.

Cur sobrii tpe hiberno uocẽ acutius mittimus uinolẽti aũt æstiuo grauius. An uox acutior quæ ue locior est.uelocior autẽ quæ corpore intento se promit.Sobriorum uero hiemeq corpora magis constat q̃ uinolentoꝶ æstateque calores enim teporesq: copora resoluunt atq classant.

Cur homo solus omniũ animãtiũ lingua hesitãs ꝓuenire põt. Vtrũ ꝙ etiam mutus solus existit. lin guæ aũt hesitatio mutitas quædã est.nec mẽbrũ quo loquimur absolutũ habetur.An ꝙ homo so lus compos est sermonis:cætera autẽ uocem dũtaxat sortiuntur.linguæ autẽ hæsitatio ut nomen declarat unum nõ est ne promptam continentemq parit orationem.

Cur homini uox serius perfici solet q̃ cæteris quibus data est uocis proferendæ facultas.An ꝙ uocis humanæ genera & discrimina q̃plurima sunt.cætera enĩ animantia litteras uel nullas uel pau cas exprimere possunt.Quod autem sũmenarium plurimisque distinguẽdum differentiis est id tẽ pore longissimo perfici necesse est.

Cur cætere speciei eiusdem animantes uocem fundunt eandem:homines autem uariam & multiplicem agunt.An hominum etiam uox una est multa autem genera loquendi.

Sed cur cõmunis hæc una hominum uaria est:cæteroruũ autem simplex. An homines multas ꝓferre litteras possunt cætera uel nullam uel duas aut tres exprimunt in sonas quæ uocalibus iuncte locutionem cõficiunt:oratio autem non uoce sed uocis affectionibus significãdo absoluitur. At uocis affectionis littere sunt.Quinetiam pueri non secus ac bestiæ suas exprimunt appetitiones: utpote qui nõdum proferre litteras possunt.

Cur aspectus corpora penetrare solida non potest:uox autem potest.an ꝙ aspiciẽdi delatio simplex est quæ per directum atq profluere soleat adlineã cuius rei indicium solis radius est.& ꝙ nisi e re gione cernere non possimus:uox autẽ motu multiplici ferri potest. Quippe cum undiq liceat au

dire

dire. Quotiens igitur aspectui directus ille impeditur progressus: eo scilicet q̄ res obiecta incondita siue indisposita turba cōstipatur transpicere nequit. at uox q̄m quoquo uersus profertur oīa ꝑreptat penetrat trāslapsātq; audiri undiq; pōt in humoribus tamē facultas trāspiciādi oculis data est uoci aūt nulla: uel minima quāquā humor tenuior q̄ terra est. quoniā humoris meatus parui densi continuatiq; sunt. ut minime aspectus impediatur. quo minus tramite directo ingredi possit Hæc eadem causa est. cur etiam per uitrum quod densissimum est transpicere liceat per ferulā que rara solutaq; est non liceat. in altero enī meatus respondent inter sese inferula altera uariant. Nec quicquam iuuat amplos esse meatus. nisi recte ad lineam positi sint. Vox aūt minime in aqua sētiri potest. Quoniam minus aqua inanit quam ut aerem capere uocemq; transmittere possit. Vox enim aer quidam est. Haud enim omne rarius permeari se patitur. nisi etiam meatus ei respondeāt q̄ permeare conetur. & congruāt. ut uis etiam colligēdi & contrahendi sese desit. Nisi meatus capaces corporum sint quāquam q̄ rarum est molle est. & tale ut in seipsum coire possit. Verum nō nulla præ nimia suorum meatuū angustia colligi impediuntur ut uitrum Quippe ut flecti contrahiq; non queat. quamuis rarius ferula quam est ratione prædicta Vt etiam aqua & quicquid aliud generis eiusdem. Vnde illud quoq; palam fit non quod rarius raro molliq; uel eodem. uel proximo est id magis in seipsum colligi posse & adduci. causa enim omnibus. eadem reddenda est.

Cur uox quāuis minor reddatur adimendo speciem tamen seruat eandem. An q̄ cum his ipsis miscetur quæ dempseris. Res autem mixta non partim est: partim non est sed usqueq̄q; talis est. æque igitur quibusdā undiq; detractis æque cōtrahitur. ut necesse sit simul & minorem esse & similem.

Quid est quod linguā faciat hæsitare. Vtrū calor efficiat ut procatiores sint. itaque offendēdo haberet quasi insalebris. quomodo affici iratos homines nouimus. incēdūtur enī incitantur hanelitāt spiritu redūdant. igitur præ nimio caloris feruore. Hanellāt aūt q̄m freqūes spiritus est. nec anticipat quatenus se tēpore respirandi promere possit. An potius cōtra ut loci quo uocem mittimus refrigeratio cām det tanquā mēbrorū id attonitum obstupescat. itaque afficiatur ut uel concalefacti a uino aut perpetua oratione uerba expeditius possint copulare.

Cur tēpore hiberno uoces grauiores redduntur. An q̄ aer crassior est. Talis aūt cum sit motus tardior prouenit. itaque uox redditur grauior. An q̄ aer per pectus lentius permeat fauces autem intersepi & constringi a frigore pituitaque distillante coguntur.

Cur pueri mulieres: spadones: senesq; uocem reddant acutam. An q̄ motus uelocior qui acutior est Et cum genus idem sit motu facilius est quod minusq̄ quod plus est. Quāobrem qui firma ætate sunt. plus aeris trahere possunt plus igitur illud tradius permeans uocem efficit grauiorem pueris & spadonibus contra res euenit Quoniam minus aeris capiunt. Senes autem ideo tremūt quoniam uocem continere non possunt. quomodo imbecillibus ac pueris usu euenit cum lignū præ longū parte extrema ceperint. Alterum enim extremū quatitur quia nequeunt superare quod tenent & uincere quod idem & trepidantibus hominibus & metuētibus: & rigētibus causam uocis tremule afferre credēdum est. Cū enim qui uocem ita emittit eius calor pulsus ab affectibus illis intro se colligat maxima ex parte reliquū quod exiguū extat uocem continere non potest. Quapropter quatitur atq; intremit unde artium liberalium professores qui se solitos trepidate nouerunt principio agunt uoce submissa dum resideant & stabiliantur uocem enim exiguam uincere continereque facilius possunt.

DECIMA PARTICVLA QVAE AD RES TAM BENE QVAM MALE OLIDAS PERTINENT THEODORO INTERPRETE.



Vr suffimenta omnia minus e propinquo sentire possimus. Vtrum q̄ odoris delibatio aere temperata ualidior redditur. ut mirra medicinalis suauior est. an contra agitur. Vt ignis ui sua cremandi tollit odorem qui per sufficū effluat. & quidem apud carbones ipsos nihil redolent longius uero purius tenuissimūq; ferat quod oleat.

Cur odores tam suffimentoꝝ q̄ florum minus suaues e proximo sentiant. Vtrum una cū odore terræ quoq; particulæ ꝓdeunt. quæ præ suo pondere ante currunt q̄ ad sensū odor deueniat itaq; longius ille sincerū se offert an neq; cū principiū ꝓximū ē neq; cum admodum se motum odor abunde effluere potest. Nam si proximum nondum large emanat si remotissimum distrepitur.

Arbores reddi odoratas aiunt in quas cælestis arcus decubuit. Vtrum uerum hoc sit. an falsum. Et si uerum quam ob causam ita eueniat. ergo nec omnes arbores nec semper aliquas oderem ita acquirere palam est. Etenim sæpe arcus cælestis constitit. & tamen arbores nihil odoris spirarunt. quod quidem sensum mouere posset. Cumq; odor contrahitur accidit enim id aliquando itaq; narratur non in quaq; materiæ contrahi potest: causa uero per accidens ad arcum referenda est: præ

fertim si arcus ipse nulla natura sit.sed obtuitus refrāgendi tantum affectio.Prouenit autem odo ris ille affectus.ut dictum iam est non qualitercumq; se materies habeant.Neq; enim in uiridi ne que in arida.sed in usta post aquam quæ arcui superuenerit certam reddi suauitatem odoris pasto res referunt maximeq; ubi aspalathus aut etiam ramnus est.& genus ex his aliquod quorum flos suauiter olet.Ratio autem odoris eadem est quam etiam de terra aīaduertimus:hæc enim cū fer uet atque inuritur quod ediderit principio bñ olet.Enim uero quæ parce humido quendam in modum recaluerint odorata redduntur.humor enim cōcoqui calore nimirum potest. Qua de cau sa totius quoque orbis terrarum quæ ad solem orientem spectant odoratiora exurgunt q̃ que ad aquilonem.Et eorum ipsorum quæ ad ortum plus uergunt:qua que ad meridié. eo quod loca Sy riæ & arabiæ terrosiora.Africæ uero arenosa siticulosaq;.nec enim humorem nimium ī esse opor tet:concoqui namq; nimius non potest nec nullum sic enim nullus uapor inde extringi potest:qđ uel in ea materiæ solet accidere quæ & nuper conbusta sit & tale habeat genus ut secum odoris fe rat suauitatem quæ quidem res floribus declarari potest.odor enim in.eos transmittitur.Sed fieri putant in his quibus e cælestis arcus institerit quoniam nunquam id sine aqua effici potest.Cum enim materies īmaduerit caloreq; ī terriori concoxerit respirare iam īcipit uaporemq; īter se con ceptum emittit.Nec uero aquam nimiam accessisse oportet eluit enim atq; extinguit calorem ab igne iniectū quæ nimia uenerit.Quæ auté aquæ post arcū solét īcedere nō multæ:sed séper pene mediocres adueniūt:& si plures cōstiterit arcus aq̃ nō large sed sæpe & parce accedit.Quāobré nō īmerito cū hoc ita fiat q ré īsigné ꝑter arcū nullā aspiceret causam odoris illi attribuere.

Cur flores & suffiméta suauius elonginquo olent:e propinquo autem herbā alia potius redolent ali fumū.An quia calor quidam natura odoris est odorataq; omnia calida sunt calidum autem quod que leue est.itaq; cum longius permeant:odorem deferunt suum secretiorem uendicatum que ab cæteris tum foliorum tum fumi: qui uapor aqueus est odoribus qui comitentur eum ipsum.An cum in propinquo sunt admixta illa cum his una redolent:quibus inherent.atque ita odorem deprauant.

Cur omnia plenius olent cum mouentur.An quod excita plus aeris in plent q̃ quiescétia.itaq; oci us ad sensum nostrum odor transmittitur.

Cur tépore hiberno minus olfacere possumus minimeq; per gelu & glacié.An ꝙ aer a frigore im mobilior redditur.itaq; motus nō æque proficisci a corpore odorato pōt scilicet propter difficilé delibationis motum & aeris quo inuehitur.

Cur acrius aromata olent cinere suffita quā igne & plenius ac diutius suum seruant odoré cum ci nere suffitur.An ꝙ in cinere minus concoqui odor potest itaq; plenior est.Ignis auté quod celeri ter uires eorum domat & concoquit odorem commutat.Concoctio enī rei concoquendæ con mutatio est siue alteratio.

Cur rosæ suauius olent quorum umb licus asper q̃ quibus leuis. An ꝙ suauius olent quæ modum consecuta sunt suæ naturæ.Rosa auté spinosa natura est.ergo suauissime ideo olent:quod magis se cundū naturam constiterunt.

Cur odores proximo nimis suaues tam suffimétorū q̃ florum spirāt. An ꝙ portio terrena una cum odore se defert quæ ut in proximo mixta uim hebetat. sic in longinquo ꝑna defertur ac decidit. Hinc etiam flores contusi suum amittunt odorem.

Vtrum odoris natura fumus sit:an aer:an uapor . Hæc enim inter se differunt . Qua alterū ab igne alterū & sine igne effici potest. Et utrū a sensu aliquid in res odoratas an ab illis in sensum. Quod aera proximū moueat.At si ab illis aliquid delibarent. Minora certe ob eam rem reddi oporteret nunc autem quæ odoratissima sunt:hæc potissimū eadem uidemus edurare.

Cur aromata cinere suffita acrius olent quā igne.An ꝙ in cinere minus concoqui odor potest.itaq; plenior est.multū ergo partis quoq; terrenæ respirat fumusq; reddat.At ignis terrenū ꝑpere illud rapit.Itaq; odor purior ac sincerior sine ullo fumo ad sensū deuenit. Vnde etiā fit ut flores triti he betius oleant parté enī terrenā ut contritus mouere potest.sic létus calor absumere nō potest.

Cur omnia odorata tam sæmia q̃ plantæ urinā ciere possint.An ꝙ calida & tenuia sunt tale autem quodq; urinā citat.celeriter enim calor inditus ille extenuat : Nec odor ipse aliq̃ corpulentia con cretus est.Nam & quæ nō bene olent uelut allia ui sui caloris urinam mouent. Vel potis uim re soluendi liquæfaciendiq; obtinent. Calida uero sæmia quæ bebe olét ideo sunt quod odor omni no calore efficitur:fœtita sane inconcocta sunt.Nec solū calida uerūetiam plene esse concocta de bent quæ prouocatura urinam siut : ut una descendendo humores possint extenuare.

Cur uinum dilutum olere ocius desinit quam merū.An ꝙ dilutum imbecillius mero est. Quod au tem imbecillius est a quocūq; mutatur q̃ quod ualidius. Tum etiam uinm dilutum facilius affi ci potest quam merum.Quod autem affici facilius potest:id & recipia a quouis & recipere quod uis facilius porest.ita fit ut merum odorum dilutum in odorum fit.

Cur fœtidior urina redditur quod diutius in corpore mãserit: stercus autẽ minus. An ꝙ stercus ꝙ diutius retentũ sit eo magis sicatur. Quod autẽ siccius est minus id putredini patet: Vrina cõtra effici crassior solet recensque potioni ingeste similior est.

Cur esculenta male olida minime his olere uidentur qui illa ederunt an ꝙ olfatũ per uim ad palatũ habemus. Idcirco sensus hic propere ĩpletur. Itaqꝫ nec in teriorem odorem quæ amplius percipere potest. Princrpio enim omnes sentire queunt ubi autem tetigerunt non insuper possunt quasi iã res consociata natiuaqꝫ reddãt. & exterior similis ille oblatus delitescit obtentu interioris.

Cur flores cotusi deterius olent. An ꝙ pars terrena quæ flori ĩheret odori ꝑmiscens sese ui inhebetat odorandi.

Cur animantium nullum suauiter olet. Excepta panthera: etiam ipsis bestiis ita olet. ferunt enim suauem illis olentiam ab hac respirari. Stirpium autem multe & intregræ bene olent. & corruptæ ac aridæ magis: magisqꝫ suauẽ reddũt odorẽ: utrũqꝫ mali odoris causa cruditas quædã excrementi est Quamobrem sudores etiam aliqui atqꝫ aliquando ita olent: sed e morbo maxime uiciantur quibꝰ tales esse non solent. & flatus etiam ructusqꝫ crudorum fœdius olent. quã eandem causam de cæteris quoque proprtione animaduertisse oportet proportione inquam quod animaliũ carne uacantium generi æstimandum aliquid est quod carnis uice habeatur. Nam excrementum crudum uel ĩ hoc esse nouimus. Hoc igirur & uiuis causæ fœdi alitus est & mortuis cum putrescit. Quãobrem pingue os pilus fœdum nunq̃ reddunt odorem scilicet illam ob causam quod pingue concoctum est Ossa & pili humore uacant At genus plantarum nullum intra se cõtrahit excrementum. an etiam plantis aliquid inest. Sed quia sicca & calida sunt natura: humor eorum non feculentus est: sed cõcoqui expeditius potest. Constat hoc etiam plagis terræ quæ ut feruentiores sic odoratiores sũt, ut. Syria: ut arabia. & muneribus earũdem regionum. quæ sicca & calida nouimus. hoc idẽ probare potest. nullã aũt sentire putredinẽ possunt quæ huiusmodi sunt. At animalium genus tale nõ est itaqꝫ excrementa eius cruda fœtidaqꝫ sunt. flatusqꝫ itidẽ olent ꝑemptis quoqꝫ aĩantibus humor putret plantis minime. Quippe cũ humore plantarũ geuns haud quaq̃ redundet.

Quã ob causã res male olide grauius olent cũ calent q̃ cũ frigent. An ꝙ natura odoris uapor qdã & delibatio est: quæ calore existũt. motus etenim quidam sunt. Calor cutem mouendi uim obtinet frigor contra efficit ut res consistat & cõtrahant deorsum etiam refrigerata omnia ferunt. Calor autem odoresqꝫ oĩs sursum ferunt. Tum quia siti inaere sunt tũ quia sensoriũ eorum supra non infra habetur. Quippe cũ odor ad cerebrũ penetrans mouere soleat sensionem.

Cur si quis allia ederit urinã redolentẽ alliũ reddet: cũ tamẽ allia plæraqꝫ odoris uæhemẽtioris ingesta nihil in suã qualitatẽ urinã possint cõuertere. Vtrũ ut quibusdã scholæ heraclitæ placet: quod sicut in uniuerso ita etiã in corpore nostro expiratur: deinde uapor denuo cõcrescit. Vtqꝫ ibi humor: sic urina hic est exalatio aũt alimenti nbi reuertit unde ꝑdierat odorẽ eundẽ nõ ĩmerito recipit quippe quæ illud reddat in quod sese cõmutarit. an si ita esset cætera quoqꝫ idem facere deberent quæ uæhemẽtẽ ſpirãt odorẽ. Nũc autem nullũ hoc posse efficere nouimus ad hæc uapor qui postea cõcrescit nõ ad statũ pristinũ redit. Verbi causa si uapor uini exalarit nõ postmodũ in uinũ cõcrescit: sed in aquã. Itaqꝫ falsum id etiã illi referũt. ergo alliũ solum ex omniũ numero quæ odorẽ simul & næhementẽ: & urinæ mouẽtẽ reddunt inflare uentrem inferiorẽ potest. Cætera. n. uer sursum mouere spiritũ solẽt: ut radicula nel urinã citare nõ queũt. Alliũ uero tria nimirũ hæc facit: ut & urina augeať: & spiritus excitetur isqꝫ deorsum nõ sursum quæ quidem situs uesicæ teculorũqꝫ ideo sentit ꝙ & uicino est: & spiritui opportunior habent ut tentigo abũde declarat. Cõstat igitur ut excremẽtnm allii ominũ maxime huiuscemodi ad uesicã possit una cum spiritu deuenire ꝙ permiscẽs sese odorẽ plene urinæ cõmittat.

Quã od causam ora hominum qui nihil ederint sed ieiunarint grauius olent: quod ieiunã graue olẽtiam appellatur. eorum autẽ qui aliquid ederint non olent: cum tamẽ eoꝝ magis olere debeãt. An ꝙ uentre ĩani minusqꝫ agitato aer factus calidior spiritũ excremataqꝫ pituitosa sua ĩmobilitate putrefacere potest. calidiorem autẽ affici argumẽtum est ꝙ uel siti parere ieiuniũ solet. at ubi ederimus odor ciboꝝ graue illam olentiã offuscat ut maior minorẽ. calor enim ciborũ calorem ꝓcedẽtem illum exuperat ita ut nihil affici possit.

Cur alæ omnium maxime parcium nostri corporis male olent. Vtrũ ꝙ omnium minime respirare possunt malus autem odor locis huiusmodi cõtrahi maxime solet quoniã putredo quiete interioris qualitatis cõsistit. an ideo ꝙ immobiles inexercitateqꝫ habentur.

Cur homines qui uirus redolent. hirci fœdius oleant cũ se odorifice unguentarint an hoc in mulris accidere solet. uelut cum acido dulce cõmixtum est: dulcius totum exultat: tũ etiam oẽs postq̃ sudarunt: grauius olent. unguentũ autem cõcalefaciendi uim hẽt itaqꝫ sudorem põt prouocare.

Cur hominum incoruorum gibborũqꝫ halitus grauior ac fedior est. an ꝙ locus pulmoni accõmodatus cõclusus flexisqꝫ a sua ꝓceritate est amplius ĩterclusus putrescat.

Cur magna pars ſudori pmixta male olet aliq̃ uero ſuauior reddiť aut nihil deterior. an quæ motu tractatuq̧ cõmutari ſolent hæc deteriora reddũt.quæ aũt eadem pſiſtere poſſunt:hæc ſuauius redolent.at ſũt quæ reſiſtere q̃unt quõ etiam florũ quibus odores cõficimus. alii cõtuſi uel cõcalefacti uel excitati exoleſcũt.ut uiolæ albæ.alii ſibi ſimiles ut roſe.& unguẽtorũ igiť quæ ex florib⁹ huiuſ modi ſunt cõmutari utique poſſunt quæ nõ ſuut neq̃unt:unde roſaceũ cõmutari minime nouim⁹ & quidem quo ſudores fœdius olent eo.grauius unguentũ quoq̧ reddere uidetur q̃m rei ſibi contrarie ſe permiſcet.ut mel cum ſale non magis ſed minus dulce ſentimus.

Cur oĩa plenius olẽt cũ mouentur.an ꝙ aera ĩ plent itaq̧ odor cicius ad ſeipm̃ reducitur.

VNDECIMA PARTICVLA QVAE AD REGIONVM HABITVS PERTINENT.

Vr efferis & moribus & aſpectu ſũt qui in nimio uel æſtu uel frigore colũt.An eadem cauſa eſt.opima enĩ tẽperies nõ corporis ſolũ:uerũetiã ĩtelligẽtiæ hoĩs ꝓdeſt exceſſus
c autẽ oẽs dimouẽt & ut corporis ita etiam mentis temperamentum peruertant.

Cur frumẽtũ in põto frigori expoſitũ diu reſeruari ĩtegrũ põt.an ppee qa humor alienus una cũ calore euaneſcit ut ĩ uuis fieri nouim⁹.alia.n.frigore alia calore exalant.

Cur potius in frigidiſſimis terris ardores febrũ fiant.An ꝙ frigus calorẽ intus circun obſiſtit cuius rei contrariũ æſtiuo tẽpore agitur.partes nãq̧ ĩterne frigidiores redduntur : ardor autẽ febris eſt:ergo partibus refrigeratis exterioribus caloris copia ĩteriores redundant.

Cur bleſis pedibus æthiopes ſunt & ægyptii.An quẽadmodũ lingua ita etiã corpora animantiũ deprauari a calore ſolent quod etiã pili declarant quos illi creſpiores q̃ cæteri gerunt: criſpitudo nãq̧ ueluti pilorum bleſitas eſt.

Cur temporibus auſtrinis initns potius generant. An ꝙ largior humor tardius craſſeſcit: auſtrinis autem humor temperamẽti facit ut ſæmẽ reddatur humidius.

Cur locis paluſtribus ulecra capitis curari celeriter poſſunt crurium autem tarde. An ꝙ humor eſt grauis:quia terrenus eſt.omne autem graue tendit deorſum:ergo ulcera ſuperiora cõcoctioni ſũt opportuniora:quoniam humor delapſus ad ima eſt:ĩferiora autem ipſa multo excremento putrefactuq̧ facili redundãnt.

Cur qui loca ædita apertaq̧ colunt tardius ſeneſcunt:qui autem caua & paluſtria ocius:an ſenectus quædam putredo eſt:putret autem quod quieſcit:nullo modo aut minus ita efficitur quod mouetur ut aqua profluens & cõcluſa.igitur ut locis æditis aer undiq̧ afflante ſpiritu agitatur:ita cauis manet ĩmotus.Ad hæc locis apertis purus diuerſus aſſidue propter agitationem aer habẽt. paluſtribus impurus idẽq̧ ſemper emarceſcit.

Cur timidi ſunt qui loca feruida incolunt:fortes qui gelida.An ꝙ natura contra quã loca & tempora ſe habet:quoniam ſi ſe ſimilem ageret cito periret.ſunt autẽ fortes qui calida ſunt natura. timidi qui ex angues refrigeratiq̧ ſunt.fit igiť ut qui loca inhabitant calida refrigerentur: qui frigida concalcant.utriq̧ tamen corpore magno adoleſcunt:eo ꝙ qui frigida colunt inſito calore abũdãt quia calida calore loci refouẽtur.quippe cum in calidis atq; a calore loci refouẽtur.quippe cum in calidis atq̧ a calore incrementum ſequatur:friguſq̧ uim aſtringendi conſtipandiq̧ habeat. cũ igitur alteri principium inter ſe uæhemẽs augendi obtineant:alteri nullo externo frigore impediantur:merito utriq̧ augeri poſſunt plenius homines noſtræ regionis augeri ideo minus poſſunt ꝙ & principium illud in ſe imbecillius continent frigore conſtipantur.

Cur diutius uiuunt qui locis calidis ſuam degunt ætatem.An quia natura ſunt ſicciore firmius autem diuturniuſq̧ quod ſiccius eſt:mors autẽ quædam putredo eſt.an ꝙ mors caloris interioris refrigeratio eſt.refrigerari autem omnia ſolent ambiẽtis aeris qualitate. qui ut locis calidis calet ſic frigidis friget:itaq̧ interiorẽ calorem ocius magiſq̧ corrumpit.

Quã ob cauſam qui calida loca habitant uiuere diutius poſſint.An ꝙ humorem calorẽq̧ amplius ſeruant quarum rerum interitus mors eſt.

Cur locis paluſtribus effiei ſõnulentiores ſolemus an qđ magis in hiſipſis refrigeramur refrigeratio autem cum quædam requies ſit ſonnum nobis conciliat qui inter quieſcendum ſolet accidere.

Cur qui innauibus degunt quãuls in aqua coloratiores tamen ſunt q̃ qui in paludibus. An loca cõmode aſpirata coloris prebere hilaritatẽ poſſunt. pallidos autem humor effici cũ putreſcit quod euenire ĩmobilitatis cauſa ſolet quamobrẽ ſuppallidi ſunt qui loca paluſtria colunt.

Cur locis hibernis æſtus fieri uæhementiores q̃ tepidis ſoleant.utrũ ꝓpter nimium aeris humorem enim uero caloris opera eiuſdẽ aqua reddi poteſt calidor q̃ aer quoq; humidior acrius quam tepidus ille recaleſcere poteſt.an non calidor aer locis huiuſcemodi eſt:ſed eſſe ob uæhementiam qualitatis contrariæ uidetur.

Quã de cauſa qui meridie uerſus hitãt nigris oculis potius naſcuntur.an ꝙ oculi cæſii caloris in

terioris exupantia redduntur sic eiusdem absentia nigri efficiuntur.ut empedocli etiã placet.etgo quemadmodum qui aquiloné uersus positi sũt oculis cesis ideo nascuntur ꝙ calor interior effluia frigore exteriori uetatur ita qui ac meridié uergunt continent quidam suũ humorem propter ae ris circũfusi teporem ob uium sed calorem continere.non queunt.ꝙ nihil extrinsecus est ꝙ obsepi at atq; arceat.itaq; humor qui relinquitur nigrescit.lucis enim absentia omnia offuscari opacari q; solét.an reliqui corporis colorem oculorum color imitatur itaq; qui aquiloné uersus inhabitant ut ipsi albo corpore sũt sic oculos quoq; cæsios habent.hic eteni color prope albũ est.& q ad meridiem sunt ut ipsi nigri ita etiam oculos nigros sortiuntur.

Cur locis calidis hoïes sapiẽtiores sunt q̃ frigidis.utrũ eadem de causa qua etiã senes q̃ iuuenes sapientiores.Et eni qui sedes frigidas habent frigore loci absistente longe calidiores q̃ sua sint natura reddunť:itaq; uinolentis admodũ similes esse uidenť:nec ingenio ualét quo prospiciant rerũq; rationes inquirant.Sed fortes fidentes sperantesq; sunt.contra qui loca calida habitant: sobrii propterea sunt quia possunt satis refrigerari.Fit autẽ quaq; in re ut qui metuũt magis q̃ qui cõfidũt uelint inquirere.Itaq; magis ualeant inuenire.An ꝙ antiquius genus hoc hominũ est:cæteri enim eluuie ꝑierunt:ita ut tanq̃ iuuenes sunt ad senes qui loca habitãt fridida ad eos q calida colunt.

Cur timidi qui loca habitãt calida:fortes qui frigida. An ꝙ natura contra quã loca & tpa se habét. Quoniã si se similé ageret ꝑiret breui:fortes autẽ sunt qui natura calida cõstãt.Timidi qui frigidi sunt.Accidit ergo ut qui calida colũt refrigerari nimirũ possint.Cũ enim solutũ rarũq; corpus eoꝝ sit calor foras profluere potest. Qui autem in frigidis sedent sua cõcalescunt natura:ꝙ a frigore exteriori caro dẽsetur:cuius dẽsitate calor colligi intus potest.

DVODECIMA PARTICVLA QVAE AD LITTERARVM STVDIA PERTINENT. THEODORO INTERPRETE.



Vr alios si legere cœperint sõnus occupat etiã nolétes:alios uigilare uolentes liber susceptus reddere ꝑuigiles põt.an in qbus motus spiritales sunt.s.ob frigiditaté uel naturæ uel materiæ melãcolice qua excrementũ spiritale crudũ causa frigiditatis consistit his cũ intelligẽtia moueť insistẽsq; alicui intelligere nequit repelliť motꝰ alter qui refrigerãdi uim habet.itaq; potius dormire incipiũt.at ubi aliqua in rem suam ĩtelligẽtia firmarũt.Quod lectio facere solet nimirũ a motu spiritali illo mo uenť.Cũ nihil sit ꝙ eũ repellat.Itaq; dormire nõ possunt quoꝝ autẽ secũdũ naturã habitus ẽ eorũ uirtus ĩtelligẽdi cũ aliqua in re cõsistit.Nec uarie se dispergit.Cætera quoq; sita eo in loco hærent:quoꝝ requies sõnus est.Vbi aũt mens cõstiterit & quasi fatigata succubuerit caput aggrauat:utpoie quæ sita in eo sit sõnũq; ĩducit.ac cũ secũdũ naturã animus noster agitať nullo tũ sõno ꝑmiť.Tũ eni maxime uiuit.uigilãtia autẽ quã sõnus causa potius est cur uiuere ualeamus.

Cur cõtentiosa disputatio ingenia exercere possit.an ꝙ in eo disputandi genere accidit ut crebro qs aut uincat:aut uincatur.protinus ergo contentiosus hinc homo redditur .quando uel uincendo ꝑ læticiam magis magisq; aducitur ut in cõtendendo ꝑseueret.uel uictus enititur ut quod amisit recuperet.Quod idem uel in cæteris certandi generibus euenit. Quãobrem sæpe inter pugnãdum quamq̃ quis inferior est tamen cessare minime patitur.

Cur homines in orando exemplis & fabulis potius geudent q̃ commentis. an gaudent quia & discunt & celeriter discunt:at qui per exempla & fabulas facilius discitur. Sunt enim quæ explorata habeantur & particularia sint. Ratio autem commentandi domostratio ex uniuersalibus est. quæ minus quam partes nouimus.ad hæc iis credere magis solemus.quæ plurium testimonio cõfirmantur. exempla autem & fabelle testimoniorum speciem gerunt. fides autem præfacilis est quam testimonium fecerit.additur ꝙ uerisimile qsq; libentius discit exemplum autẽ & fabelle ré non nisi similem docent.

Cur oratorem imperatoré & mercatoré callidum appellare solemus.tibioné histrioné hoc appellare nomine nõ solemus.an ꝙ illorũ facultas siue cupiditate est: nititur eni tm̃modo ad oblectationem hoꝝ autem conatus omnis ad plus acquirendũ sibi cõtendit.bonus enim orator & imperator & mercator est:qui plus sibi acquirere potest calliditas autẽ in acqrendo maxime sita est.

Cur hominem philosophũ differe ab oratore putemus.An ꝙ alter qdnam iusticia sit cogitat: alter q̃ iniustus sit aliquis spectat:& alter qualisnã tyrãnicus tenor sit.Alter tyrãnũ quẽpiã eẽ aiaduertit.

Cur in iis studiis quæ aliqui sibi delegerit q̃q̃ interdũ prauis libentius tamẽ q̃ in honestioribus uersantur uerbi gratia: ꝑstigatoré aut nimiũ aut tibitionem se potius esse q̃ astronomũ aut oratoré uelit:qui hæc sibi delegerit.an uolũt quidem nõnulli res honestissimas tractare. sed quoniã miuns sibi confidunt posse efficere ideo non ita agunt.an ꝙ rem in qua sese qsq; posse ꝑstare arbitratur eam deligit sibi quam autẽ deligit eidem operã dat illi obseqns partẽ diei maximã ut seipse uincat seq; sit ꝑstantior.Quinetiã q̃ principio aliq sibi delegerit qbusq; insueuerint in his ne iudicare qui

dem possunt quid nã melius sit Aius enim eorrum corruptus iã est ,ppter paruas delectiones:

Cur aliis si legere cœperint somnus occupat & nolentes alios uigilare uolentes liber susceptus reddere puigiles potest:an in qbus motus sunt spiritales ob frigiditatem uel naturæ uel humoris multiplici quo humore excrementum spiritale causa frigiditatis consistit.his cũ intelligentia mouet insistensq; alicui intelligere nequit expellitur motus alter itaq; potius dormire incipiunt cum non multũ sua intelligentia mutentur.motus enim spiritalis ille supatur & uincitur.at ubi aliq̃ in rẽ suam intelligentiã firmarint quod lectio facere solet nimirũ a motu illo spiritali mouent cum nihil sit q illũ repellat.itaq; dormie nõ possunt quoꝝ autem habitus secundum naturã est eoꝝ uirtus intelligendi cum aliqua in re una consistit nec uarie se dispergit cætera quoq; sita eodem in loco hærẽt quorũ reges sõnꝰest ubi enĩ ps una quæ potissima sit ĩstiterit cæteræ quoq; partes insistere solent pinde ac incopiis q̃ uersæ in fugã fuerint agitur.natura enim sursum effertur quod leue est deorsum autem defertur quod graue est cũ igitur anima secundum naturã mouet nõ dormit. ita enim se habet at ubi constiterit & quasi fatigata succubuerit mens immutatur & uapores crassiores sursum sese efferentes ad caput faciunt somnũ lectio uero ,phibere sõnũ uideri sane potest. quod non ,ppterea est quia tantisper intelligimus .anima enĩ tunc magis definitur:sed quia mutatur & ideo in somnia euenit nam ĩtellectiones quæ illæ uigiles sunt quibus anima quærat & dubitet nõ illæ quibus assidue cõtempletur cũ illæ faciant indefinitionem hæ non faciant.

Cur indisputationibus cõtentio sic nugatio nunq̃ incidat.An q apparens sillogismus hoc est ratiocinatio est.Rõcinatio autem in paucis cõtinetur.quinetiam si prolixius agatur interposito tempore paralogismus idest peruersa rõcinatio interea depræhendet & reuocare quod dederit aduersarius poterit.Quamobrẽ libentius eas historias audimus quæ rem unã exponũt q̃ quæ plures.An q rebus magis attendimus notioribus easq; libentius audimus.Notius autem est quod definitũ . unũ itaq; finitum est.plura autem infinito participant.

Cur nos rerum narratio oblectat quæ nec nimium ueteres sunt nec admodum nouæ.An q rebus diffidere ,pcul absentibus solemus.quibus uero diffidimus nunq̃ iis oblectamnr:atq; noua admodum sunt adhuc quasi sentimus itiaq; de his cum audimus minime oblectari possumus.

TREDECIMA PARTICVLA Q. VAE RES MATHEMATICAS PERTINENT.THEODORO INTERPRE.



CVr linea de angulo ducta in angulum sola ex omnibus quæ figuras rectis constantes lineis biptito secanti diameter uocitata est. An q diameter aut nomen designat duas in partes figurã æque dimetiendo digerit. nihilo destruens quod subiacet mẽsurandũ.ergo quæ per cõmissuras hoc est angulos diuidit appellanda diameter est: quoniam hæc figuram nõ destruat:sed diuiat quõ faciunt qui uasa militaria ptiunt. at quæ per lineas secat figuram compositam destruit . angulis etenim constat quæ rectis linies continentur.

Cur diameter appellata est. Vtrũ quoniam sola biptio figurã diuidat. An q sola figuram secat per partes siue mẽbra quibus inflexa coartatur cum cæteræ per latera diuidant.

Cur homines omnes tam barbari q̃ græci adecem usq; enumerare consueuerunt non ad aliquẽ aliũ numerum:ut duo tria quattuor quinq; tum repetendo unum quinq; duoquinq; sicut undecim duodecim nec uero ultra denarium numerum cessantes inde replicare incipiunt est enim numerus quisq; quod præcedit ac unum aut duo & deinceps quãtitas aliqua enumerãt enĩ statuo termino denarii numeri haud enim forte casuq; id facere semper omnibusq; in rebus putari debent cũ non fortuita sed naturalis res sit quæ semper atq; ubiq; effici soleat.utrum q perfectus numerus denarius sit cõtinet enim omnia uumerandi genera ut par impar quadratum.q̃drã tale longũ planum primũ cõpositum.an q denarius fons atq; pirncipiũ est.quippe qui ex uno duobus tribus & quatuor constet.an quia corpora quæ ferunt numero nonenario cõtinent.an quoniã. x. ,pportionibus quatuor cubales numeri consumantur: e quibus numeris uniuersum constare pithagorets placet. An q omnes homines digitis decem lege naturali creantur : itaq; sui numerri calculos q̃si adipiscentes hac eadem multitudine cætera quoq; enumerat una gens quædam thracum ad quatuor numerandi seriem terminãt eo q amplius meminisse modo puerorum non potest neq; usum habet rerum multarum.

Quamobrem cũ sol eodem cũ uigore ferantur nõ pari tpe idem incrementũ decrementũq; umbrarum exultet.An q anguli quos radii sub æquis circumferentiæ spaciis ad res conspectas efficiũt æquales inter se oẽs consistnnt quod si illi æquales sunt eductos quoq; inde æquales esse necesse est.scilicet quos radii faciant in triangulo qui radio primo & re conspecta umbra continent . at si anguli æquales inter se sint radium ab re conspecta & ,plapsum longius maiorem esse ,ppinquiori necesse est.quod ,p certo recipimus igit totã circũferentiã in partes quasuis æquas inter se igeramus sitq; res conspectui obuia.g. cum itaq; sol in.g.ingrues de.a. umbram in. g.i. aliquam

reddit

reddit radius in.I.prolabatur necesse est. Vbi uero ad.B. deuenit radius inde proficiscens intra.G. I.radium decidet ac rursus cum idem ad. C. se contulerit: pari modo suum radium mittet.aliter efficiet profecto ut linea recta rectã partibus duabus contingat. Cũ ergo. A.B.circũferentia æqualis B.C.circumferentiæ sit anguli quoq; illis subiecti apud.D.æquales inter se constant: quippe q ad centrum se colligant. qui autem in triangulo habentur æquales illis. D.angulis proueniunt utpote qui se per uerticẽ illis iungant.ergo cum totus angulus in aqua se cetus:angulus. D.E.maior qui.E.F.angulo.D.G.est.pari modo uel cæteri anguli se habebunt quos radii a circũferentia profecti reddiderint. Simulq; etiam constat umbrã meridie minimã esse necessario minimasq; ũ effici accessiones.quippe cum sol meridie maxime e ppendiculo sese nobis exhibeat. æstus quoq; meridie accenditur tum ob eam quã modo diximus causam cũ etiam q omnis spiritus cessat.tunc enĩ spiritus excitari solet cum sol aerem terræ familiarem discernit.q si sol cum medium cœlum ꝓpetat minus id faciat merito noctes mediæ atq; meridies a spiritu silent.

Cur sol per q̃drilatera ꝓfluens nõ rectis lineis figurã describit sed circulũ format ut in cratibus patet. An q aspectũ ꝓcidentia turbine agit̃.turbinis aũt basis in orbẽ se colligit:quãobrẽ quocunq; radii solis incurrerint nimirũ circulares apparẽt. An q solis quoq; figurã rectis lineis cõtineri necesse est:siquidẽ radii recti ꝓueniũt:cũ enim recte in rectã incidũt figurã rectis cõtentã lineis formant q certe in radiis accidit:ad rectã enim cratiũ sese trudunt. Aut ad quodlibet per quod liceat transducere ipsi recti ꝓculdubio sunt. Itaq; ꝓcidere ad rectã debuerũt:uerũ quia radii qui de aspectibus ad extima linearũ rectarũ discindunt̃ imbecilli admodũ sunt idcirco anguli concerni non possunt sed q̃tũ recti in turbine sit hoc tñ rectã agere potest reliquũ nõ potest sed cõcultati aspectus indiscretiq; latitant. nec mirũ cum multa uidere nullo pacto possimus:q̃uis nostro attingun tur aspectu ut ea quæ tenebræ opacãt proximũ est cũ quadratũ speciẽ multi anguli rep̃sentat atq; etiã circuli si amplius remoueat̃. Cũ enĩ aspectus ꝓcidentia turbinis specie figuretur quotẽs figura ulterius se posita est aspectos qui se in angulos spergũt:qm̃ & ĩbecilli & pauci sunt rem assequi nequeũt.qui autẽ mediã ĩ partem concurrunt:hi nimirũ persistere possunt:utpote uniuersi & ualidi. Ergo cũ figura prope posita est anguli quoq; aspici possunt aucto interuallo non possunt. Quãobrem circularis etiã linea remota recta esse uidet̃:& luna rectis cõtineri die octauo uidetur si aspectus non latitudinẽ:sed lineã circundãtem ineant.ut enĩ cũ circũferentia prope posita est q̃to pars altera orbis quã alteri propius sit aspectus discernere põt:ita cum procul abest recte sentire non potest:sed ex æquo partiũ situ cernere sibi uidet̃. Itaq; rectã etiã iudicat.

Cur lunã quæ in sphæræ faciẽ cõglobat̃ rectã cũ semiplena est cernimus. An qm̃ eodẽ in plano aspectus noster uersat̃ & circuli ambitus quẽ lunæ sol ingruẽs facit. Quod cũ agitur sol recta linea uidetur. Cũ enĩ q suũ aspectũ sphæræ admouerit:orbẽ uidere necesse sit. Luna autẽ sphæræ faciẽ gerat:eãq; sol aspiciat orbis ꝑfecto id esse debet:quod a sole efficit̃. Hic ergo cũ e regione se nobis p̃bet totus uidet̃:itaq; pleniluniũ iã apparet. Cũ autẽ mutat:& p̃terit ꝓpter solis discessum.portio eius aspici põt. Itaq; fit ut luna altera parte recta uideat̃:cũ altera orbẽ colligat: qm̃ hemisperium aspectui ex aduerso positũ est quod semicirculũ rep̃sentarit. Semp enĩ aspectui obuia luna est:quoties tñ sol radios admouerit suos aspici nequit. Repletur post diẽ octauũ de medio quia paulatim euadẽs orbẽ nobis exhibet propensiorẽ. Cumq; ita circulus aspactui se opponit sectionẽ turbinis imitatur:curuat̃ in cornua iam sole dimoto. Vbi enĩ circũferentia solis ad puncta deuenerit ultima per quã orbis æqua portione secari uidet̃ circũferẽtia ipsius orbis apparet. Nõ enĩ insuper ex aduerso oculis est:sed iam p̃terire incepit. Quod cũ ita agat̃ ac circulus siue orbis per eadẽ ducat̃ puncta curuari in cornua necesse est.pars enĩ aliqua orbis prioris aduersi ꝓtinus aspectui se obducit:ut de parte lucida abscindi aliquid possit. Tum etiã extrema in eodẽ persistunt ut curuari ĩ cornua necesse sit. Sed tñ plus minusue pro solis dimotione:cũ enĩ sol dimouet sese circulus quoq; in eadem reuertit̃ puncta. Quippe cũ fieri possit ut infinito numero inclinetur siquidẽ summi circuli per eadẽ puncta describi facile infiniti possunt.

Cur sol & luna plana esse uidẽtur:cum tamẽ eglobai in spheram certũ sit: An ut plura quoq; quodnam plus minusue distet. in certũ sit æque posita esse uident̃.sic etiã unũ quod partes obtinet:nisi color uarius adsit partes ex æquo oẽs collocatas habere uideri:necessum est:quod autẽ ex æquo aspectu obuiã fit idẽ æquabile cõpositum & planũ necesse est.

Cur sol oriens atq; occidens umbras efficit longas:efferrens se minores obtinens cæli mediũ minimas. An q oriens principio umbra terræ æque distantẽ reddit:ac infinitã pene ꝓtrahit:deinde lõgam atq; ita minorem subinde. Quia linea quæ recta de puncto superiori elicitur interius per diminutiones assiduas cadit. Gnomodo.a.B.Sol ubi.C.& ubi.D.Radius igitur ex.C.proficiscens.C. F.exterius procidet q̃ radius.D.E.At umbra.B.E.sole superiori existit. Vmbra autem.B.F.inferiori. Ergo quo sol superior fuerit eo minor umbra exultabit: minimaq; tunc erit cũ sol super capita nostra uersabitur.

Cur umbræ lunæ maiores quem solis sint.cum eodem proueniant perpendiculo: An ꝙ sol superior quam luna est.itaque radium qui de superiori prodierit.interius cadere necesse est.Gnomoda.D. Luna.B.sol.C.Lunæ radius.B.F. Ergo umbra lunæ.D.F.sequetur.Solis radius.C.E.Ergo umbrã. D.E.fore necesse est.

Cur deficiente sole si quis per cribrum.aut frõdes ueluti platani.uel alcuius ex cæteris latifoliis.aut digitis manuum inuicem perplexis inspiciat splendores specie lunæ nondum completæ incernat. An ꝙ quemadmodum cũ per angulatum foramẽ.lux nõ angulata. Sed orbiculata turbonataque prodit.Cuius ratio ꝙ gemino directeque cõmucronato turbine agitur.id est eo qui de sole ad foramem deuenit.& qui de foramine ad terriam sic etiam in solis defectu figura qua radiis ueniunt ut diximus innotescit. Ergo cum pars orbi superiori derahitur.quod ex aduerso super terram eluxerit. Speciem illam lunatam gerat necesse est. Quippe cum prout orbis defecit.ita radii profluere debeant.Digitis tamen & cribris pro foraminum exiguitate res certius explicatur.q̃ cum per foramina ampliora transimititur.Luna autem idem percipinon potest neq; deficiente:neq; incresente: neq; decresente. Quia eius extrema non plene splendent. Sed medio potissimum lucet.Lunatam autem illam minutamq; faciem medio adstringi exiguo manifestum est.

Cur sol unuq̃ cælo in medio geminat̃. Nec supra se faciem illã ostendit secundam sed ex lateribus tantum.An ꝙ tum geminari sol potest.cum solem uersus aspectus refrangitur. Aeris autem concrescentis illa soliditas cui aspectus incurrens refrangitur Neq; prope solent neq; procul effici potest Nam si prope sit resoluetur a sole Si procul aspectus refrangi non poterit.Cum enin longe de paruo speculo remeet imbecillus reddetur.quamobrẽ area quoq; fieri nõ potest e regione. Quod si supra:& in propinquo inchoatur.a solis feruore dissoluitur. Sin procul aspectus minor inuadet. Sed si in latere.tum nimirum seruari ĩteger poterit dummodo speculum ita distet.ut nec solis feruore absumi possit & aspectus uniuersus recurrat. Nam si in terram sparsus feratur de uenire ad solem non potest sub sole etiam fieri non potest quia si prope terram extiterit consumetur feruore.si autem supra cælo in medio aspectus distrahetur & euanescet.Deniq; ne e latere quidem effici illud potest cum sol cæli umbilictm perreptat. Quoniam si aspectus admodum feratur.in terram exiguus ad speculum ueniet.itaq; refractus omnino imbecillus recedet.

Cur solis umbræ extremum tremere uideatur. Haud enim quia sol fertur idcirco id ob tremescit. Nam fieri non potest ut sol in partes moueatur cõtrarias.Tremorem autem fieri ita manifestum est.Ad hæc mutatio umbræ incerta est quomodo etiam solis ipisius progressio latet.An ideo moueri uidetur ꝙ corpuscula contenta in aere agitantur quæ uulgo ramenta nominantur.conspicua in solis radiis qui transmeant per fenestras.Hæc enim moueri solent etiam sine ullo spiritu. Ergo cum uicissim modo de umbra in lucẽ: modo de luce in umbrã moueant̃ assidue. Terminus quoq; lucis ac umbræ cõmunis continuo moueri uidetur Partim enĩ ueluti umbrã partĩ lucẽ sua ipsa mutatione efficiũt:itaq; moueri mubra uidet̃:Cũ nõ hæc sed illa hũc ĩ modũ soleãt agitari.

Cur basis bullarũ cãdida aquæ insidit.& si soli exposita est.nullã efficit umbrã. Sed reliquũ q̃dẽ oẽ bullæ corpus umbrã facit.basis aũt sola nõ facit sed circũ a sole undiq; cingit̃.Et quod lõge mirabilius est. Nec si lignũ per aquã in sole apposueris umbra lingni continua exultabit.sed iuxta basim bullæ a solis luce secabit̃.Quod si umbra est q̃d a sole non aspicitur.sequetnr porro ut molles bullæ circum tota aspici possit, quod nunquam fieri posse in opticis id est aspectum rationibus demonstratur.Quippe cum ne minimum quidem a maximo totum circnm aspici possit.

Cur bullæ specie semisperi exurgere solent: An ꝙ tanquam de centro in aera sursum æqualiter circum undiq; adnituntur.Quo quidem modo hemisperium exurgat necesse ẽ. Porton autẽ spheræ inferior aquæ planicie abscinditur in qua scilicet centrum situm est.

Cur in magnitudinibus quæ profunditate sunt inæquali accidit.ut si partẽ moueas leuiorem circũ feratur quod iacitur.ut in talis fieri opplũbatis uidemus. si quis partẽ leuiorem ad se uertens ꝓiciat.An ꝙ fieri non potest ut grauius æque ac leuius feratur.cum eisdem uiribus iactum est. Sed cum totum quidem moueri necesse sit fieri uero non possit. ut æquæ omni ex parte moueatur. sequitur prorsus ut si parili celeritate ferantur. eãdem lineã peragant.sin autem alterum altero feratur celerius circulo ferri necesse sit: cum hoc solo in genere figuræ efficiatur.ut puncta eadem sub alterna lineas inæquales possint eodem tempore permeare.

Cur ea quæ in terram cadunt.atq; resiliunt auglulos ad planiciẽ reddant similes utraq; ex parte puncti quo planum tetigerint. An ꝙ omnia sua natura ad rectã lineam feruntur. Quæ igitur in locũ æqualem deciderant ubi ex perpendiculo diametroq; sese plano in pegerint. pares angulos ideo faciunt suo resultu ꝙ inæqua diameter diuidit quæ autem in latera conuertunt.quoniam non ꝑpendiculo sed pũcto superiori locum feriant.accidit ut repulsa a loco icto contrariam in partem se conferant rotunda quidem ꝙ delapsa protinus in aduersum sui appulsus sese euoluũt siue quiescat eorum mediũ: seu locũ soleat permutare. Rectis uero cõpacta lineis ꝙ perpendiculũ eorũ in

partem

parté prioré adductū retorquet. ut his accidit qbus aut pars inferior raditur aut colei uiolátur. hi náq; omnes aduersam i parté retrorsūq; corruūt. quoniá eorū perpédiculū æquat. pédet atq; priorem in parté expellit. cōtrariū ení in his retro deorsūq; esse accidit. Cú auté deorsum ferátur graui ora esse fatendū est. Quod igit his casus idé resultátibus latus euenit. Ergo in angulū rectū neutra eorū resultant. eo q ppendiculū pondere bipartito diuidit corpora quæ ferunt. Fieri auté non potest ut plura ppendicula idem ad planū existant. Quibus illa secent. quod scilicet ita accideret. si ppendiculū dū resiliūt oriret. Vbi rem delatá planū offendit diuidédūq; rursus secúdo ppendiculo foret. Quocirca primo illo perpendiculo quo ferebatur secari necesse est. Sed cū aduersam quidé in parté feratur rectū uero in angulū non ferat. Reliquū est ut acutus reddatur angulus. parte altera pūcti quod plano incurerit. Aduersoꝝ ení inter sese angulorū terminus rectus angulus est.

Cur chylinder propulsus fertur in directum suisq; terminátibus orbibus lineas rectas descibit. Turbo uero suo mannente mucrone circūfertur. Atq; ita suo terminante orbe orbem descrbit. an q circū uterq; fertur. Verum chylinder rectas lineas plano ducit. turbo orbes describit eo q orbes turbinis inæquales inter se sunt. ferriq; uelocius potest. qui amplior circa idem centrum conuertitur. Qui cum simul omnes positi in turbine orbes inæquali ferantur spacio, euenit. ut extimi qui uoluuntur. pulrimum loci & lineæ tempore eodem decurrunt. Vnde fit etiam ut circum oés agátur Quippe cum omnes eadem recta linea describantur quæ cnm cōuertitur non omnia sita in ea puncta: æqualem producere lineam. eodem tépore possunt cū æqualem nō nisi ex directo agere soleant. Chylindri uero quod omnes orbes pares inter se sunt centrūq; idem ambiunt, euenit ut & simul suis omnibus punctis planū contingendo parili celeritare uoluant cum nulla inæqualitate chylinder euariat. & rusus in planum simul omnes deueniat. ubi suam quisq; conuersionem absoluerit. Vnde lineas quoq; ductas per directum in plana pares inter se esse uecesse est. Sua náq; tactione orbes æqui pariterq; uolubiles illas duxere. Aqui rectas confici patuit quas linea eadem deferés sese indirectum peregerit. Causa hæc est cur chylinder recto deferri tramite possit. Nil ení refert utrū qua linea prima chylinder planū tetigit hanc firmo chyiindro protrahas an uolubili circūagas. Semper enim ut æqua linea similisque illis in chylindro cōtentis planum attinget siue ꝑtrahátur chylinder siue prouoluatur.

Cur sectio cartarum siue papiri siquis æque a basi plana rectaque dimetiendo absiciderit recta euoluetur. Sin autem inclinarit contorta existet. An euenit ut cum orbes secturæ alterius eodem in plano positi sint declinans illa cessura non æque opposita sit sed partim plus distet: partim minus. itaq; cum euolueris orbes quidem qui plano eodem continentur. suūq; initium in plano habent eodem lineam explicabunt quam suo ipsi conficiunt ordme. Quippe cum eaipsa extenta linea non nisi profecta exorbibus sit qui plano eodem continétur itaq; uel tectam eam quoq; esse necesse est quæ eodem in plano se porrigat. At obliquæ illius secturæ linea: quoniam prime non æquæ apposita est sed partim plus distás partim minus utpote cū ipsa quoq; sectura ita se habeat hinc eodem esse in plano nequit itaque nec recta hæc esse potest etenim fieri non potest ut recte lineæ pars alia in alio plano collocetur.

Cur omnis magnitudo diuisa minor esse suo toto uideatur. An q omnia numerum diuisa recipiunt quamquá magnitudinis ratione minora quá unū illud existū. Magnum enim eo quod cōtinuum quantūq; quoddam est magnū dicimus numerus uero partium omnis omni suæ magnitudinis numero maior est. Quamobré ut partibus diuisis maius appareat totum cōsentaneum est. Cum ení partes torumq; idem sint. totum naturá potius magnitudinis præ se fert ut cnnstans & cōtinuum Partes uero naturam numeri magnis sortiuntur.

Quæ in uasæ eueniunt quod. Clepsidram uocamus omnino quidé referri ad causam debent: quam Anaxagoras explicat. Aer enim qui in ea excipitur causæ est ne aqua ingredi possit. fistula scilicet obturata. Non tamen simplici absolutaq; ratione aer causam habere putandus est. Nam si quis eá fistula apprehensa transuersam immurgat. humoré admitti nihil est quod prohibeat. quam orbem non satis auctor ille exposuit. qué admodum aer causá daret ergo causam aera quidem tenere fatendum est. Sed hic siue per se ipse fertur. nec quicquam cogitur ferri per directum solitus est ut etiam cætera clementa. itaque clepsidra transuerse immersa aere qui e directo situs est pulsus ab humore libere effluit ꝑ ea foramina que demersis in aqua foraminibus opposita sunt eoque cedéte humor subiens implet. At sit erecta in aqua descendat. aer impotens sese efferendi per ardum quo niam consepte sunt partes superiores circa prima foramina arcetur: quippe qui supprimi in se cōtrahique non possit. argumentum uero aquam arceri posse. ab aere immoto quod in ipsa Clepsydra deprehensum est. Nam si aluum eius aqua repletam ad fistulam obturatam inuerteris humor per fistulam in os minime defluere poterit. Quippe cum ore patefecto non protinus sed paulopost de fistula profluat: ut qui non in ipso ore fistulæ contineatur, sed postmodum in hoc per fistulam ueniat. postquam patefactum iam est. Pena autem erectaque clepsidra fistula patefa-

cta protinus per colum id est foramina inferiora effluit, quia illud attingit, externā uero fistulam non cōtingit. Clepsidram igitur humor ingredi ob prædictā causam nequit. Egredit aūt fistula patefacta, eo ꝙ aer cōtentus ī fistula sursum deorsūq; agitatus humoris cōtenti in clepsydra motum excitat pleniorē, cūq; deorsum pellatur eodēq; ipse etiā sua natura propēsior sit merito effluit, uim inferens aeri qui clepsydrā extrinsecus circūfundit, excitus quidē. & cōpar potētia aeri superius īpellēti, Sed reuixu īfirmior q̄m ꝑ angustā fistulā īfluēs ille ocius ac uæhemētius labit. urgetq; humorē. Causa uero cur obturata fistula humorē effluere nō possit ꝙ humor dū clepsidrā subit aera oēm per uim ab ea expellit. Cuius rei indiciū spūs ructusq; murmurās dāt quos ingrediente humore nimirū intus excitari sentimus Cū igitur humor subiēs uæhemēter aera cogit. sese ad clepsidræ fistulā trudit ac modo lignei cunei aut erei disiectu oppressus astrictusq; hæret sine ullo alio uinculo quosq; alia ui expellatur quomō præruptos clauos expellimus. quod sane aperta fistula incidit. ratione quā supius exposuimus. Aut igitur ita effici potest, ut humor effluere nequæat. Aut ꝙ aer exiens inflatur emergitq; impetu uiolēto, ut strepitus indicat. humor idcirco a spiritu sursum attrahitur. quēadmodū multis in rebus accidere certū est. Attractus autē humor sibiq; cōtinuus omni ex parte cōstans manet oppressus ab aere donec pulsus ab eodē recedat. Cūq; initiū ita retineatur humoris reliquus & omnis humor unitus, atq; cōtinuus ex suo pendeat initio necesse est. Nec uero temere ita agitur, quādoquidē eiusdē interest rei & dimouere quicq̄ suo de loco. & idem in eo cōtinere ad quē mouerit idq; diutius facere si uel potentia quod tenet, quodq; tenetur simili inter se contendunt, uel quod tenet potentius est, ut in re de qua agitur accidit. Spiritus enim potentior q̄ aqua est.

Cur partes tam stirpium quā animātium quæ nullis instrumētariis officiis deputata sunt in orbem sese omnes colligant. stirpium quidē caudex & rami formari in orbem solent. & animantiū crura: femora: pectus: lacerti ad hauc eandem speciem enituntur. Triangulum uero, aut multi angulum nullū. neq; ex toto neq; parte aliqua est. An ut Architas auctor est quoque in motu natnrali: æqproportio inest moueri nāque proportione omnia censet. Hanc autē solam in sese æqualiter solui atq; reuertit, ut orbes rotūdaq; afformare possit cum constiterit.

Cur exterema formari in orbem soleant. An ꝙ natura res optimas & pulcerrimas creat quo ad fieri potest. Figura autem ea pulcerrima est, quæ eadem undiq; est sibiq; ipsa similia constat.

Cur si circulus proiiciatur, primū lineam rectā ducet deinde cocleam siue clauiculam aget dum decidat. An prīcipio rectā ideo agit ꝙ æqualiter ab aere hincinde dirigitur cum igitur pari momēto utroq; de lacere pergat lineā quoque effici talem necesse est quæ locū æqualiter hinc atque inde possit diuiderere. Talis autem recta est. At ubi in partem alterutrā uergere ob inæqualitatem circumfusi aeris cœpit nō amplius æqualem illa parte interiore exterioreque ducit sed circularem necessitate scilicet aeris diuersi & incompositi.

Cur in magnitudinibus quæ ꝓfundo sunt inæquali accidit ut si partē moueris leuiorē circūferat quod iacitur. quemadmodū in talis fieri opplumbatis uidemus. quotieus quis partem leuiorem ad se uertēs proiiciat. An ꝙ fieri nō potest, ut quod grauius est æque cū leuiori feratur cum proiectum eisdem a uiribus est. Quod cōmoueri necesse sit. & tamen fieri nō possit ut æque omni ex parte: directoque tramite moueatur circumferri necesse est, dum se introuertit. quēadmodum si quid menio eius immobile suo pōdere penitus esset alterū ꝓfecto extremū ultra in partē moueretur priorem alterum intra ad eum tenderet qui dimisit. Sed quoiam cum totū moueri possit pondus suo medio gerit, illud idem sequatur necesse est.

Quāobrem corpora quæ ferunt ubi alicui occurrerunt resilire partē incōtriā solent q̄ suapte natura ferri cogantur. Nec nisi ad similes angulos rusultate soleant. An ꝙ nō solū eo ferrūtur impetu quo ꝓ sua parte ipsa ferri aptissima sūt. Verūetiam illo quia mittente proficiscitur. suus igit cessat cuique impetus. cū suū ad locū peruenerint omnia nāque requiescere solent ubi eam in sedē sese cōtulerūt quā suapte natura desiderāt. Sed extremo illo quē habent. impetu necessitas oritur amplius mouēdi quod cū in partē priorē effici nequeat. quia re prohibet obiecta. uel in latus: uel in erectū agi necesse est. Omnia autē in angulos resiliūt similes. Quoniā eodē ferri cogant. quo motus ducat quē is dedit qui miserit. Eo autē ut angulo uel acuto. uel recto ferant omnino incidit. Cū ergo quod retorserit uetet. Quo minus directe motus agat. pariter & rem quæ fertur & eius impetū nimirū prohibere potest. Vt igit in speculis extremū lineæ. recte quo se aspectus coniecerit idem refrangit. ita in his quæ ferunt fieri ex aduerso solent. Quippe cū angulo tanto retorqueantur. quanto uertex constiterit ita enim intelligendum est, ut transferri simul. & angulus. & delatio debeat. Quo facto in angulos resultare similes esse necesse palam est.

Cur homiues qui corporis cōstant immodico maiores tunc esse uidentur. cū appositi modicis inspiciuntur. An ꝙ res modica unum est. & moderatio unum quam maxima. Vnum autem quod est id indicium esse postulat. indiuiduum autem minus est. Res uero immodica: multa pro sui discri

minis ratione ostendit. Quãobrem ut cum per sese magnitudines inspciuntur. quales nam sint: latere facilius possun .ita cum collatæ in propinquo spectantur. Latere non possunt. Ergo unum esse apparet quod indiuiduum est. spectatusq; eius unus modici ratione exultat. imodicum porro ut quod plura sit suspectionem plurium suggerit. Et maius propterea esse uidetur q unum cum sit plura esse uideatur. Naturam enim & magnitudinis habet propter continẽtiam & numeri propter partium inæqualitatem itaq; cũ utrunq; obtineat incremẽtũ merito maius tum esse apparet cum spectatur ad id quod simplex est atq; unum.

Cur animantia omnia & ea quorũ stripes terra continentur. crescere potius in longitudinem soleant. An q ter longitudo augetur. Bis latitudo. Semel profunditas. Longitudo enim principio fit, primoq; principio existit. itaq; primo sola. Secũdo cum latitudine. tercio cũ profunditate augetur. Latitudo autem bis. uidelicet. per se & una cũ altitudine crescit.

Quonãmodo prius & posterius capi debeant. Vtrum quemadmodũ qui tempore. Troiano uixerũt, nobis priores sunt. & his ipsis priores qui superiores. Atq; ad hunc modũ in ĩfinitum. ut qui supiores sunt. iidem priores habeantur. an si quod initium & medium. & finis sint uniuuersi. Et cum quis senescens ad finem peruenerit. rursus ad initium reuertatur prioraq; sint quæ propius ab initio absunt. Quid uetet nos ab initio minus distare. at si minus distamus esse quoq; priores possimus. Vt si cæli syderisq; cuiusq; delatio quædam agitur circularis. Qui non etiam rereum caducarum ortus sit talis atq; interitus. ut eadem rursus oriantur ac pereantur. Veluti etiam uulgo dicitur. Circulum res esse humanas. igitur homines numero quidem eosdem semper esse censere furor est. Specie uero seruari eodem probari melius opotest itaq; uel priores non esse possimus. talemq; aliquis statuet seriem: ut eodem sit repetendũ. unde ortus extiterit cogitandũq; ordinem continuum ac semper eodem constantẽ tenore. Homines enim idcirco perire. Alemæon inquit q suum initiũ fini coniungere non possunt Scite perhercle. si quis non arctius recenseat. Sed formula quadam eius uerba accipiat. An si circulus sit. Circulus autem una & principio & fine careat. priores neq; nos illis. neq; illi nobis esse ꝓpinquitate inicii possunt.

Cur tam in laborando quam in fruendo solatio tibiam adhibere solemus. An ut laborantes minus angamur. fruuentes magis oblectemur.

Cur idem uoce eadem longius sentiri cum aliis cantans: aut uociferans quam solus potest. An quia uiribus uniuersis agere quippiam uel premere uel imppellere. non tãtuplũ est quãtus singularum numerus est. sed quemadmodum linea bipedalis non duplum. sed quadruplum quidam describit. Sic composita omnia plus ualent. quam eadem diuisa. Ergo cum uniuerso agitur ore uocis potentia constans unaq; redditur. simulq; aera propellit. ut prodire multiplex ualeat. Quippe cum uox quæ a multis proficiscitur. multiplex sit quam quæ a singulis.

Cur maxime in cantando parhipatem. uox rumpi non minus soleat. quã in nete supremisq; quamq̃ cum interuallo ampliori. An q eius cantus & perdifficilis est & cantandi primordium obtinet. Difficilis autem propter intentionem pressuramq; uocis est. quibus in rebus nimirũ urget. Corrũpi autem quæq; maxime solent. quotiens labore acrius opprimuntur.

Sed cur hac difficile parhipate facile cantatur cũ nõnisi diesi discreptant. An q parhipate remissior est atq; etiam leuius a constitutione ascenditur. hæc eadem causa est quamobrem ad unam cantari uideantur. quæ ad hanc paranetemq; cantantur. Agendum est enim cum intentione conditio neq; aptissima moribus. pro uoluntate & instituto. At consonantia ut existat quæ nã causa sit.

Cur suauius cantilenã quã nouimus audire solemus. q̃ eam quã ignoramus Vtrum quia cum quod cantatˀ agnoscimus. tunc melius patet. qui ueluti calcem quod spectat assequitur id autem contemplatu suaue est. An q discere letabilis est. cuius ratio est. uel in capienda doctrina. uel in utẽda agnocendaq; uersatur. addo etiam q res solita suauior q̃ insolita auribus accidit.

Cur ĩmutatio & uarietas in cantando tragicũ sit an ratione inæqualitatis hoc euenit afficit nãq; tristicia quod inæquale est: accomodaturq; magnitudini calamitatis aut mœroris. cõtra quod æquale atq; cõtinens est. minus id flebile auribus accidit.

Cur ueteres cũ septem fidibus cõcentus disponerent hipatem non netẽ reliquebant an falso id dicitur. earum enim utranq; seruarunt. sed tritem adimere sollebant. an non sed quia grauior sonum potest acutioris. idcirco netem reliquerunt. ergo hipate magis antiphonum q̃ nete reddebat: nam ut acutum uim desiderat pleniorẽ sic graue exprimi facilius potest.

Cur grauis sonum ualeat acute, an quia maius quod graue est. Quippe tum ut graue obtuso. Sic acutum acuto angulo simile habeatur.

Cur solitarias cantilenas suauius audire solemus si ad tibiam aut ad lyram unam contantur cum tamen ad fides canticũq; idem modo utroq; peragatur. Nam si idẽ ita amplius sit plus ad plures tibias atq; etiam suauius esse oportet. an quoniam euidẽtius in assequendo quod spectatur est cum ad unam uel lyram uel tibiam cantatur ad plures uero suauitas seruari non potest. cum cantilena

offuſcetur totaqꝫ pœne deleatur.

Cur ſi uox hominis ſuauior eſt non ẽius qui ſine ſermone cantat ſuauior prouenit uerbi gratia teretantis ſed tibia lytaue ſuauius ſonat.an ne illa quidem quæ uocabulis articulata emittitur.æq̃ ſuauis eſt.niſi per ſimulationem formetur:Cæterum opere ipſo efficitur.ut gratior ſit.uox enim hominis ſuauior conſtat.oris autem inſtrumenta pulſandi uim obtinent pleniorem quamobrem ſuauius cantatur qui teretatur.

Cur uox aut ſonus deſinens acutior ſit. An quia minor ut quæ factus imbecllior ſit.

Quamobrem quæ grauior e fidibus eſt.huic ſemper actus modulandi committitur. nam ſi proxima quoqꝫ a media pulſanda ſit media tantum.nihilominus reddi medium poteſt. At ſi media ſubiungenda eſt per ꝓxima a media idem reddi non poteſt. An quia magnum quod graue eſt itaqꝫ ualidum eſſe neceſſe eſt.& ineſt profecto in magno quod paruum & quidem due nete inhipate efficiuntur ſi tercipiãtur.

Cur in conſonãtia Diapaſon graue quidem acuti antiphonum accipi poteſt grauis uero acutum nõ poteſt. An maxime ꝙ in utroqꝫ modulus utriuſqꝫ contentus eſt. ſed ſi minus certe in graui acutũ eſt maius enim hoc eſt.

Cur antiphonum diapaſon conſonantiæ ita latitat ut uniſonum eſſe uideatur uelut ĩ punico aut atropo.quæ nãqꝫ poſita in acutis ſunt non nniſona.ſed ex ꝓportione ſibi diapaſon concinentia reſpondent. An modus proportionis facit ut ſonus quaſi idem eſſe appareat proporcio enim in ſonis æqualitas eſt:æquale autem omne ad unitatem referendum eſt. Hoc idem in fiſtulis etiam euenit ut falli aures preſint.

Cur genus cantilenæ quod lex appellatũ eſt.nõ per antiſtrophos olim agebatur: eum tamen cæteris chorearum canticis antiſtrophi uſus non deeſſet. An ꝙ olim leges a magiſtris certãdiqꝫ peritis agebantur.qui cum iam egregiæ ſimulare ualenterqꝫ pertendere poſſunt. cantum & prolixum & uarium conficiebant.itaqꝫ ut uerba ita etiam moduli numerique uarie ſubinde ſimulatione inſequebantur imitari.nãque modulamine potius quam uocabulis neceſſe eſt.Quamobram Dithyrambi etiam poſteaq̃ ſimulari cœperunt. Antiſtrophis amplius nõ utũtur. quãq̃ plurimum ante uterentur. Cuius rei cauſa eſt.qđ olim homines liberi atque ingenui ad choream adire ſolebant itaque multos eſſe qui fungi cantu certarorio poſſent erat difficilis. Quapropter illi in morem fuerat.ut modulos enarmonios cantarent. Vnus enim crebro cantilenam mutare uariamque contexere facilius poteſt q̃ multi.& qui certat facilius q̃ qui mores conſeruat. Quocirca ſimplicius illi modulari debuerant.Antiſtrophus autem ſimplex eſt quippe qui numerus ſit. unitateque mẽſuretur.hæc eadem cauſa eſt cur in ſcœna nullus in chorea plurimus antiſtrophi uſus ſit. Hiſtrio nãque ſimul & certator & ſimulator eſt:Chorus autem minus imitatur.

Qua de cauſa diſſonãtium copulatio quod antiphonum nominamus ſuauior q̃ cõſonum eſt. An ꝙ expreſſius ita.cõſonãtia percipi poteſt q̃ cum uoce conſona addita cantatur. alteram enim uocem idem ſonare neceſſe eſt.itaque duas ad unam reſonare.quæ tertiam offuſcare facile poſſint.

Cur ſola diapaſon cõſonãtia cãtetur hac enim. Magadare:nec ulla alia conſueuerunt:An quod hæc ſola ex fidibus inter ſeſe ob ſonis conſtat:atqui in obſonis etiam:ſi alteram canis identidem efficis Voces enim ambarum una quodam modo illa continet:Ergo in hoc conſonãdi genere cum uel una canitur conſonãtia tota perfici poteſt & cum ambæ aut cum altera canitur altera tibia ſonatur una quaſi de duabus exultat:Atqꝫ ita afficitur ut ſola hæc cantilenam patiatur.eo ſcilicet quod abſona uocem obtinent nerui eiuſdem.

Sed cur ſolis obſonis datũ hoc eſt.an quod ſolæ pari interuello diſtãt a media.itaqꝫ medietas ſimilitudinẽ quãdã ſonoꝝ efficit:ut ſenſus auriũ ambas & laudem & extremas diiudicare uideatur.

Cur in Diapente & Diateſſeron conſonãtiis nũquam antiphonis cãtatur.an quod non eadem conſonandi ratio in his eſt quæ in diapaſõ concinẽtia quippe cũ in illa grauis eundem ad proportionẽ modũ obtineat:quẽ acuta acuminis.itaqꝫ fit ut & eadem quaſi & diuerſa uox oriatur at uero in diapente atqꝫ diateſſeron concinentiis non ita eſt.Quamobrem ſonus uocis opoſite perpendi non poteſt quoniam idem non eſt.

Cur ſi quis cæteris omnibus neruis concinatis medio uero in concinno pulſet inſtrumentum non ſolum cum ad medii ſonum deuenerit ſed etiã cæteris modulandi partibus anget aures.modumque ĩcõpoſitum.diſſipatumqꝫ eliciet. Sed ſi lichanũ aut quẽ ſonum aliũ mouerit.tũ diſcrimine dũtaxat apparebit cum eum pulſauerit quem mouerit.an ratione hoc euenit optima quandoquidem omnia egregia modulandi genera. medio neruo ſæpe utuntur omneſque probi fidicines crebro ad medium ueniunt.& ſi diſceſſerint. mox redeunt eodem.Nec ullum alium tociens repetunt Ergo quemadmodum ademptis ex oratione quibuſdam cõiunctionibus ut teti. oratio minus græca relinquitur.aliis uero quibuſdam detractis. nihlo inſuauior accidit eo quod aliis ſæpe indicẽdo uti neceſſe eſt aliis minime.ſic etiam medius ueluti coniunctio eſt ſonorum. maximeque elegan-

tiorum

tiorum quoniam eius sonus assumi sæpissime soleat.
Qua de causa qui grauius cantant, si absonant deprædhendi facilius possunt q̄ qui cantant. acutius: Nec uero secus in numeris accidit. Euidentiores enim qui peccant in grauiori. Vurum quod plus tempopis graue obtinet, plus auté plenius a sensu aurium percipi potest. an ꝙ in tempore amplio ri agitur, hinc etiam plus sensus adhibetur. uelox auté & acutũ facile suá ob uelocitatem latescit.
Quam ob causum multi cum cantant melius numeros seruant quam pauci. an ꝙ multi melius unũ suumq; ducem aspiciunt tardiusq; incipiunt. itaq; facilius assequi idem possunt. quippe cum in accelerando euenit ut plus erroris committatur.
Cur nete duplo acutior est hipate. an primum ꝙ cum neruus parte sui. dimidia pulsatur. & totus diapason continentia exultat quod uel in fistulis æque perspicere licet. uox enim quæ per mediũ foramé emergit diapason resonat cũ ea quæ ꝑ totá fistulam ꝓmitur. Quinetiam in cæteris duplo interuallo capi diapason consonantiá nouimus. nam & qui tibias ꝑforát ita disponere solent. & q fistulas apte cócinnant extrema tamem cera margináf foraminis principalis. Nec uero ad dimidiũ implent: & intriquetris spalteriis nerui quoq; alter longitudine dupla: alter subdupla est æque intenti diapason consonantiá reddunt. Genus auté concinendi quod diapente nominaẗ sexquialtera constat. Quod uero diatesseron uocamus interuallo sesquiestertio continetur.
Cur siquis netem pulsatá appræhenderit: hipate sola resonare uidebitur. An ꝙ tinnitus qui ex hac proficisi solet. sono illius maxime cóciliatur & congruit. utpote qui consonus sit ergo quia suo consimili concrescit: solus apparet. Cæteri uero incerti suam ob exiguitatem incultantur.
Cur neruum medium in concentibus appellamus cum inter octo nullũ medium sit. An ꝙ olim cõcentus septem neruis constabant. Septem autem medium optinent.
Cur in acutum magna ex parte uox aberare consueuit. Vtrum ꝙ facilius acutum q̄ garue cantatur. An ꝙ acutum graui deterius est: peccare autem nõ aliud est q̄ rem agere deteriorem.
Cur inter omnia quæ sensum patiuntur solũ id mores obtinet: quod obuiam auribus esse potest. Nam & siqd sine sermone modulamur mores tñ præ se ipsa modulatio fert quos non color non odor nõ sapor gerere potest. An ꝙ motũ solũ hoc obtinet. Nõ dico qué strepitus reddit. Talis eni uel cæteris adest. Quippe cũ etiá color nostrũ mouere aspectũ possit: sed cũ intelligi uolo qué genus id strepitus subseqnté sentimus. Hic eni similitudiné gerit. Tũ in numeris: tũ in sonoq; ordine acutorum: & grauium non in mixtione quod esse in cæteris sensibilibus non potest. Atq motum eiusmodi sibi actio uédicat. Quæ morum index proculdubio est.
Cur leges pleræq; cantilenæ appelentur. An ꝙ homines priusq̄ litteras sciret leges cantabant: ne eas obliuioni mandarent: quod etiam nostra ætate Agathyrsis in morem est. Ergo primas quoq; posteriorum cantilenarum eodem appellauerunt nomine: quo oés supiores uocabantur.
Cur numeri musici: & modi qui uoces sunt moribus similes sese exhibent. sapores uero aut colores aut odores nullam eiusmodi similitudinem gerunt. An ꝙ numeri musici & moduli motibus contineantur. Quõ etiam actiones. At omnis efficientia moralis res est. moresq; condere potest. Sapores uero aut colores hoc idem æque conficere non queunt.
Cur neq; subdorium neq; subphrigium genus in tragœdiis choricum habeatur. An quoniam Anti stropho carent: utpote quæ scænici sint: imitationiq; accõmodati.
Cur phrynicus cæteriq; eius ætatis musici modulandi potius sciam exercebant. An ꝙ tum in tra gœdiis carminis usus modulaminum longe amplior erat.
Cur diapason cõsonantiam dicimus nõ oratione numeri diaocto ut diatesserõ ut diapente. an ꝙ pri scis non pluribus uti uerbis q̄ septem fuit in morem: deinde terpander tertia exépta neté adiuxit ac eius téporibꝰ diapasõ hæc appellata est cõsonátia nõ diaocto. Quippe q̄ septé nõ octo cõstaret.
Quamobré aptius de acuto in graue canitur q̄ de graui in acutũ. Vtrũ ꝙ ita fit ut a suo inchoetur principio. Neruus eni qui medius & dux est: acutissimus primi tethracordi habeẗ. illo auté modo non a principio sed a fine exordiretur. An ꝙ graue gñosius sonantiusq; ab acuto oriri potest.
Cur bis diapente aut bis diatesseron consonantia componi non potest. Bis autem diapason potest. An ꝙ nõ bis diapente neq; bis diatesseron instrui potest sed diatesseron ac diapente ꝓportiones apte in unam diapason cõtinentiá copulantur.
Cur diapason cõsonantia ominum pulcherrima est. An ꝙ integris terminis huius portiones contineantur. cæterarum autem non integeris. cum enim nete dupla ad hypatem sit. quocumq; in genere nete duo tenuerit. hypate unum habebit: & ubi hypate duo: nete qnatuor resonabit: ac ita deineps. At uero eadem nete medie sesquialtera est. proportio nanq; sesqualtera qua consonantia diapente concluditur non integris numeris posita est. Maior enim minorem intra se continet totum. & partem eius dimidiam quamobrem non integri cum integris comparantur: sed partes supersunt. Consonantia quoq; Diatesseron proportione sesquitertia continetur. Quæ tetminis constat. quorum maior minorem intra se totum continet. Et insuper tertiam eius partem. An

quod ex ambabus cõſiſtit perfectiſſima eſt. Et qm̃ modulandi menſuram hæc tenet. merito oĩum elegantiſſima conſtat

Cur ſi neruus medius ex ſuo intentionis modo dimotus ſit: cæteri quoq; omnes ſonos incompoſitos reddent. ſed ſi integre illo manente aliquis cæteris ſit dimotus: ſolus hic aberrabit: qui modo ſuo caruerit. An ꝙ ratio concinnendi ueruis omnibus apta intentione continetur. quæ non niſi ꝑ habitudinem quandam ad medium accmmodanda omnibus eſt. ordoq; ratione illius diſponi ſingulis debet ergo ſublata continendi concinnendiq; cauſa concentus æque cuſtodiri præterea non poteſt. cum tamen neruo medio ſibi conſtante unus ex cæteris aliquis diſcrepat merito illius pars duntaxat deeſt. cæteri nãq; omnes modum ſuæ concinentiæ ſeruant integrum

Quare cum uocis acumen effici momẽto poſſit exiguo: grauitas autem nõ niſi magno proueniat ut enim graue ob multitudinem graue eſt ita acutum ob uelocitatem acutum exiſtit cur inq̃ ſi ita eſt maius negocium canticum ceciniſſe acutũ q̃ graue ſit: Et quidẽ pauci reperiuntur qui ſuperna cantare ualeant: leges quoq; acutæ & arduæ difficile iccirco cantantur: quia intente uæhementius ſunt: quauq̃ minus negocii ſit mouiſſe quod exiguum q̃ quod multum eſt. Itaq; uel in aere hoc idem accidere oporteret. An uocẽ e natura mittere acutam: non idem eſt quod acutum cantare. Sed mittunt quidem acutam uocem omnia quæ natura ſunt imbecilla eo. ſ. qđ aeris parum non multum ciere poſſunt: parum autem aeris uelociter fertur. Vnde ectici. i. qui conſumpto corporis habitu emarcuerint acutam proferunt uocem. At uero acutum niſi uiribus ualeãt cantare non poſſunt. Cuius certe indicium ꝙ uelociter ferri ſolet quod uæhementer fertur. Ita bonarũ uirium index acutũ eſt: & ſuperna cantare admodũ difficilis ſit: grauia autẽ locũ tenent inferorẽ:

Cur nnmeris. modulis canticis: deniq; omnibus concinnẽdi generibus oblectari omnes ſolere. An ꝙ motibus naturalibus oblectari datũ a natura omnibus eſt. Indicium quod pueri adeo nuper editi his ipſis moueri oblectariq; poſſunt. Modis tamẽ adiecticiis canticorũ ut delectemur efficere aſſueſcendi ratio poteſt. Sed enim numeri propterea mulcent: quia raſum ordinatumq; computandi numerum habent mouentq; nos pro ſua æquabili ſerie ordinate. Motus enim familiarior naturæ eſt ordinatus q̃ inordinatus. Itaq; ſecundũ naturã hic magis eſſe probantur. Argumẽtum ꝙ cum ordinate & laboramus & bibimus & comedimus naturã uireſq; noſtras & ſeruamus & augemus. Contra inordinate cũ agimus deprauamus naturã atq; de ſuo ſtatu dimouemus morbos enim naturalis ordinis corporũ eſſe motiones nullũ dubiũ eſt. conſonãtia uero demulcere ideo poteſt ꝙ mixtio ſiue temperatio contrarioꝝ eſt iunctorũ apte inter ſeſe portionẽq; inuicem cuſtodientiũ. portio igitur ordo eſt. quem modo natura ſuauem eſſe propoſuimus. Et temparatũ q noq; omne ſuauius q̃ ĩtempperatũ. eſt præſertim ſi cũ ſenſibile ſit pariter uim habeat utriuſq; extermi quemadmodũ conſonãtia ex portionibus tẽperatur. Etproportio ipſa amborum exteremorum potentiam æque in conſonantia tenet.

Cur ſuauius antiphonum æquiſono eſt. An ꝙ obſonum quoq; conſonum diapaſon eſt. quippe cũ exaduleſcentibus uiriſq; conſiſtat qui ita diſtant inter ſe tonis ut nete & hipate. At oĩs conſonantia ſono ſimplici ſuauior eſt. Cur autẽ ita dictum iam eſt atq; oĩum ſuauiſſime diapaſon perſonat. æquiſonũ autem illud ſimplici contineri ſono conſpectum eſt.

Cur ſola in diapaſon cõſonãtiã magadari ſolitum eſt. An quia ut pedes carminum portionem aut paris ad par: aut dupli ad ſubduplũ: aut aliquã aliam inter ſe obtinent. Ita ſoni quibus conſonantia cõtinetur motus portionẽ inter ſe aliquã ſeruãt & rationem clauſulæ: cæterarñ igitur cõſonantiarũ alterius termini imperfecte ſũt cũ finiat ad partem q̃obtem fieri nõ poteſt: ut pari ſint facultate. Cũq; diſpares ſint diſcrimen auribus accidit. quõ in choreis cũ ad finẽ deuentum eſt. differẽtia ex ampliore uoce aliquorum exultat. Adde quod hipate accidit ut exitum ſoni circuitalis habeat cũ neta. ultimus enim a netæ ictus aeris factus hipate eſt. quod cũ finiant in idẽ q̃uis nõ idẽ fecerint euenit ut opus abſolui unum cõeq; poſſit. nõ ſecus ac illis accidit: qui ſub poſtremã cantilenã pulſent. Nã & ſi cætera operis nõ adhibita tibia peregerunt. tñ ꝙ in idẽ deſierint eoipſo fine magis delectant q̃diſcrimine angunt: quo ante finem diſcreparint. cũ igitur in diapaſon cõſonantia ex diuerſis quod cõe exultet ſuauiſſimum ſit. Magadare autem ex contrariis uocibus conſiſtat. hinc magadare conſonantia diapaſon conſueuerunt.

Cur ſuauius cantum audimus quẽ ſcimus q̃ quẽ ignoramus. Vtꝝ qm̃ cũ cantilenã agnoſcimus melius patet qui ueluti calcem quod ſpectat aſſequitur. Hoc aũt contẽplationẽ facit ſuauiorem. An incidit ut auditor una cũ eo afficiatur: quã notã illam exprimit cãtilenam. Quippe qui aliquid ſuccinat. ſociumq; ſeſe prebeat cantanti. Solet autem qſq; hilari ſecuroq; animo cãtare: niſi aliqua coactus neceſſitate id faciat.

Cur non bis diapẽte: aut bis diateſſaron reddi cõſonãtia poteſt: ut bis diapaſon coaptari ſolet. An ꝙ diapẽte conſonantia poſita in proportione ſeſq̃ltera eſt. Diateſſaron uero in ſeſqtertia quod ſi tres ſeſqualteri aut ſeſqtertii numeri ordine diſponãtur extremi nullã inuicem portionem habebunt.

Neq; enim super particulares neq; multiplices esse poterunt:at diapason continentia qm̃ duplari ꝑ portione cõsistit.Hæc geminata q̃druplam inuicem proportionẽ extremi tenebũt. Itaq; cum cõso nãtia sonorũ inuicem portionẽ obtinentiũ sit portionéq; inuicẽ soni habeant qbus diapasoninter uallũ cõtinetur penitus uero careant.qui diatessaron:aut diapẽte hĩtudine copulantur.idcirco so ni bis diapason esse consoni possunt cæteri non possunt.ob eam quam reddimus cuasam.

Cur siquis netẽ cũ pulsauerit apprehendat sola hipate subsonare uideat̃.an q̃ nete cum desinit elan guéscitq; in hiparẽ transit.Indiciũ ꝙ hipatem protinus netem canere aptissime licet: etenim qua si neaten præ se ipsa ferat:similitudo ex ea petitur.cũ autẽ echo quoq; ipsa cantus quidam esse pro betur.Est enim uocis neate iã desinentis tactio: tinnitusq; ipse sono respondeat hipate. merito ob suã affinitatẽ nete mouere hipatẽ posse uidet̃.Neatem ubi se moueat apprehensa certo nouimus. at hipatem cũ uideamus inappræhensam. Et tamen eius sonũ ꝑcipiamus ipsam sonare credimus. quod in multis accidere solet.in qbus scilicet neq; sensu neq; cogitatione ꝑpendere ueritatẽ possũ mus.Ad hæc si nete ictu intente accidat:ut iugum moueat̃.nihil sane miꝫ fuerit eius autẽ motu neruos oẽs cõmoueri:sonũq; reddere aliquẽ ꝓbabile est.Sonus igit̃ neate alienus ab cæteris est.& cum desinit & cũ incipit cũ hipate uero cũ desinit idem existit.Quod si eius ꝓprie motioni adiun ctus ipse totus esse illius uideatur.Absurdũ haud quicq̃ haberi debet.Amplior autem q̃ sonus reli quorum neruorũ promiscuus hic exultat. Quoniã illi qdem a neate quasi impulsi submisse uellẽ te & leuiter ac molliter sonãt.Nete autẽ ipsa fidiũ omniũ uæhementissima sua tota potentia sonũ reddidit.Itaq; secundaria eiusdem actio merito superior esse q̃ cæterarum potest: præsertim cum leuissimo motu ipse moueantur.

Cur suauius cãtilenã audimus cũ ad tibyã q̃ cũ ad lyrã cantat̃.An oẽ suaue q̃dmixtũ cũ suauior est: suauius redditur.Atqui tibia q̃ lyra suauior est ergo catilena quoq; mixta: cũ tibya q̃ lyra suauior sit.Modo quis sensum amboꝝ ꝑcipiat. Vinum enim aceto mulso suauius est quoniã quæ natuta ꝑmiscet longe amplius tẽperant̃ q̃ quæ a nobis miscẽtur. Vinum quippe ex acido ac dulci sapore mixtũ est.Probari hoc idẽ põt uel malis punicis:quæ uinolenta appellamus. Ergo cantilena & ti bya misceri sibimet admodũ suã ob similitudinẽ possunt. Spiritu nãq; utraq; cõficitur.Sonus aũt lyræ quoniã nõ spiritu sit:aut minus sensibili q̃ tibyarum minus uoci ĩmiscere potest.Quod cum ad sensum discrimen pariant nõ ĩmerito minus dimulcent.quomodo dictũ de saporibus est. Adde ꝙ tibya sonitu cognatio neq; sua errores multos cantilenæ occultat. Sonus lyre cũ tenuis uocisq; cõmisceri minus idoneus sit:ipse ꝑ sese patens suũq; genus sincenũ custodiens:oẽs cantilenæ erro res posita quasi regula patefacit. Cum uero multa ꝑperam in cantando agantur quod promiscuũ exeratis recteq; actis prouenit deterius esse necesse est.

Cur neruũ mediũ in concentibus uocamus cũ inter octo nullũ mediũ sit. An ꝙ olim concẽtus ner uis septẽ constabat.quoꝝ mediũ est.Eoꝝ itẽ quæ inter extrema cõtinẽtur. solũ mdediũ principiũ quoddã est.Quod eni in medio situm est eoꝝ quæ in aliquo ĩteruallo ad utrũq; uergunt extermũ hoc principiũ & mediũ est.Cũ autẽ extrema cõcentus neate & hipate sint:hisq; ĩteriaceant:reliqui soni quoꝝ medius noiatus solus principium alterius tethracordi est : iure medii nomẽ habuerat. Principiũ eni idẽ esse duntaxat patuit quod mediũ est eorũ quæ inter aliqua claudunt̃ extrema:

Cur melius multi cũ cantat seruare numeros possint quã pauci.An ꝙ multi magis unũ ducemq; re spiciunt:tradiusq; incipiunt.Itaq; facilius assequi idem possunt.plus enim erroris solet cõmitti in celeritate.Accidit autẽ ut suo duci multi q̃ pauci sint attentiores.Segregans uero sese nemo eorũ. exuperata multitudine clarere potuerit quanquam inter paucos facilius proculdubio poterit Quamoberm inter sese ipsi per se potius quam cum principe certant.

Cur uox in partem acutam magna ex parte degenerat. An ꝙ acutum facilius quam graue cantatur. Acutum igitur crebrius cantant.Dumque id faciunt errorem crebrius committunt.

Cur ueteres cũ neruis septẽ concentus disponerent. hipatẽ non netem reliquerunt. an non hipatẽ: sed eam quæ peramese nnstra tẽpestate uocat̃.toniq; interuallũ reliquerunt. Vltima uero densi in acutum promedia usi sunt quamobrem mediã quoq; eã appellarunt. an ꝙ supioris tethracordi fi nis principium erat inferioris & medium tono proportionẽ extremorum tenebat.

Cur tragœdiarum choris neq; subdorio:neq; suffrigio cantandi genere uti mos est. an ꝙ modulum præstare concentus hi nequeunt.Quo certe choris magnopere opus est. Mores uero suffrigium obtinet usui rerum deputatos.Quamobrem in geryone ecxursus: & arma eoipso concẽtu agunt̃. Subdorium uero magnificũ constans graueq; est.Quocirca oium maxime concentuum cytharæ accõmodandum. Sed hæc ambo ut choris minime congruũt.sic scœnis esse familiariora ꝓbant̃. Etenim scœna heroum facta dictaq; simulat. Veterũ autẽ solos duces fuisse heroas constat.po puli homines sunt:quibus chori consistunt.Quapropter choro cõpetunt mores : moduliqne trã quilli & flebiles.Hæc enim humana potius sunt.Quæ minus cæteri cõcentus ꝑstare queũt.mini meque ipse suphrigius hic eni aios limphatis similes reddit cogitque debacahari. At uero mixoli

dius nimirũ illa pſtare poteſt. Itaq; eoipſo affici poſſumus: ſunt autẽ patibiliores q̃ inualidiores q̃ qui ualidiores ſunt. Quãobrẽ id genus choro tribuimus ſubdorio uero atq; ſubphrigio agimus q̄ choro nõ conuenit. Eſt enim chorus cliens quidam curatorq; ocioſus. Quippe q̃ beniuolentiam dumtaxat his exhabeat quibus adeſt.

Cur ſono grauiori mollior modulatio cõtineat. An q̄ modulus ſua quidẽ natura mollis eſt quietus: ſed admixti numeri ratione aſperior redditur & mouentior. cũ igitur grauis ſonus mollis quietuſq; ſit acutus contra mouens & irritans prorſus eoꝝ quoq; qui eundẽ modulũ habent mollior eſſe debet qui grauior eodem modulo continetur. Modulũ nãq; mollẽ eſſe eorum dictum, iam eſt.

Cur parium ſimilumq; dolioruũ, ſi alterum inane alterum dimidiatum ſit echo diapaſon conſonantia reſultabit. An q̄ echo dupla dimidiati ad inanis exiſtit. Quid enim in iſtis potiuſq̃ in fiſtulis res euariet motum nanq; eundem acutiorem putamus: quem ueIociorem. Amplioribus uero aer tardius occurrit: ut duplis duplo & cæteris ad ꝓportionem. Vtris quoq; duplus diapaſon ad ſubduplum conſonat.

DECIMAQVARTA PARTICVLA QVAE AD STIRPIVM GENVS: ET AD PANEM: FARINAM MASSAM: PVLTEM: CAETERAQVE ID GENVS PERTINENT.



Vr aquam ſalſam apium recipit: porrum recuſat. an q̄ alterius radix imbecilla: alterius ualida eſt. Impatibilius aut quod ualidius:

Cur in prouerbio eſt Mentam belli tempore. Neq; edito neq; ſerito. an quia menta refrigerare corpora poteſt: ut corruptione conſtat ſeminis genitalis. id autem ipſum aduerſum omnino eſt ad fortitudinem. atq; animoſitatẽ quãuis genere ſit idem.

Cur aliqua fructu uacent cũ florem habent ut cucumer. cucurbita: malus punica: an his fructus non deeſt ſed ipſa pro fructibus habentur: quibus flos inſidet. Fructus enim id eſt quod florem gerit. Cucumeri autem florem inhærere perſpicuum eſt.

Cur eorum quæ terra gignit: alia cocta alia cruda ſunt cibo idonea. an quibus ſuccus eſculentus nõ protinus eſt. hi decoctis dulcior redditur a calore. Quibus autem ſapor uel protinus gratus cõſiſtit: hæc etiam cruda eſitantur.

Cur alia elixa: alia aſſa melius edi poſſint. An q̄ humidiora nõ eatenus humectari ſicciora nõ amplius exiccari opportet. elixa autem huimidiora molliorãq; omnia redduntur. quæ uero minus humida ſunt hæc igne confecta ſicciora ꝓrſus euadunt.

Cur alia eſculenta: alia ineſculenta exeperiamur. An cauſæ ſuccus eſt. Quod enim & ignis expers ſuccum cõtinet inmitem & igue cõfectum nihilo mitius redditnr. hoc cibo ineptum penitus eſt: quod autem ſucco eſculento quidẽ: ſed uæhementiuſculo coſtat hoc pro condimento recipimus. quod enĩ exiguo corpore uĩ magnam obtinet id naturã condire poteſt ampliorũ eſculentorum:

Quã ob cauſam ſtirpiũ aliæ ad ſemen uſq; uiuere tantũmodo poſſint. Deinde cũ ſemen tulerunt ex areſcant: ut genus herbæ & quæ olera noĩamus aliæ nõ. Sed ſæpius fructificare ſolitæ ſint. Ipſarũ etiam uiuẽtiũ ad ſemẽ uſq; ferendũ: cũ magna pars annua ſit genns apii quod ab equo hipposelinum appellatum eſt quaſi equapiũ dixeris anno poſtero fructum affert: cunque attulit exareſcit cur ita an oĩa eatenus uigent ætate. quatenus ſemine quoq; ualeant. nã & homines ad annũ trigeſimũ uſq; proficiunt aut copia aut craſſitudine. Vbi autem ſemen ferre non amplius poſſnnt modo ſtirpium obareſcunt atq; ſeneſcunt quamq̃ alia ocius: alia ſeriut occdunt. Idq; portione. Sed quam ob cauſam aliis longum uitæ ſpacium aliis breue datum eſt. porro alterius intereſt diſputationis declarare: ſed cum omnibus finis ac terminus ſit ꝑfectio ſeminis quipus uita breui tempore continetur: hæc ſemel aut certe non ſæpe. Quæ autem eſſe longeua natura uoluit: hæc ſæpe fructificare neceſſe ẽ. Quãobrem que ĩbecillima ſunt ferre non plus ualeant q̃ ſemel. tũ exareſcant neceſſe eſt: ac eorum ipſorum alia anno ꝑmo ſimul & ſemẽ reddere: & uitã explere naturæ rõ ſancit. alia poſtero ut eq̃ppium. Quæ uero ꝑualida ſurgunt. hæc annis pluſculis poſt fructificare incipiunt diuq; uitã agere poſſũt fructificareq; ſæpius ut arbores.

Cur ſiquis apiũ radicetenus circunfodiat partiq; imæ pãnicum undiq; ĩ gerat deinde terram accumulet itaq; irriget radices mira magnitudine adoleſcẽt. an q̄ natura pãnici fũgoſa & calida pabulũ attrahit: conceptũque nõ ſurſum trãſmitti patitur. Sed inter radicẽ cõtentũ calore ſibi indito cõcoquit ut radicis ampliſſimũ ſequi incrementũ neceſſe ſit.

Cur ſiquis cucumeres aut cucurbitas ꝓtinus paruulas condiderit in terram maiores multo efficiet An quod ſpiritus & ſol exiccando incrementum ĩpediunt molenque tũ minorẽ tũ criſpiorẽ reddunt quemadmodum & arbores quæ loca uento ſolique expoſita tenẽt quæque ĩ cauis manent & riguis altera enim magne fungoſeque fiunt alteræ paruæ & ſpiſſæ: Aſt uero inter terram occulta. Quoniam contra afficiantur. contra euadant neceſſe eſt. Quinetiam quæ uaſis includimus

ult cucumi

ut cucumeres in ferulis cauis aut tegulis: & mala punica: aut quæuis mala in ollis ampla reddunturr & fungosa, contra quæ detecta sunt parua solidaq; augescũt nullo ambiente operculo qđ alimoniã faciat largiorem. Id enim obiectum facit ne pabulũ aut euanescat ant arescat.

Cur plantarum acrium semina acriora sunt q̃ radices & folia. an q; semine omnia oriuntur inq; cæteras oẽs ptes ex eo ueluti fonte quodã ut qdã aiũt & sapores & odores deriuari necesse est. nã etiã odores oĩum una cũ seminibus esse suaues ĩcipiunt. Quod si acritudo cæteris ex semine profici sci solita est semen ipsũ maxime esse tale ratio exigit.

Cur tenues radiculæ acriores sunt. An quod ampliores ille spacio temporis longiori plenius con coctæ mitescunt.

Cur capparis locis prouenire cultis haud facilis potest multi nanq; temptarunt & radice transfare & semine sparso cum apud nõnullos cmmodior capparis sit quam rosa, sed tamen efficere nihil po tuerunt quid ergo causæ sit ut cultis nesciat hospitari inculta & quia persequatur & maxime sepul chris adhæreat. Igitur de hoc cæterisq; generis eiusdem accepisse illud oportet quod non omnia eadem ex materia consistere solent: aut augeri. sed sunt quæ ex aliorum corruptione principio consistant. & post augeantur: ut pedunculi & pili corrupto alimento aut qua labe alia corporis ꝓdeunt. Ergo ut in corpore nõnulla excremento proueniunt almenti. quod certe cruditas est: & ubi naturæ uires superare non queunt. Abscedunt quidem in uesicã & aluũ quæ in promptu maxime sunt. Aliqua uero animal producunt. Itaq; in senectute & morbis hæc augentur sic in terra alia cõ cocto alimento & consistunt & augentur alia excrementis aduersaq; concretione oriuntur. Cultu ræ autem officii est ut concoquat reddatq; efficax alimẽtum quo genus mite urbanumq; fructũ consistit. Quæ igitur mitigatione ĩformationeq; huiuscemodi creantur hæc urbani uocabulo si gnificamus: eo quod solertia hominis educata quasi eruditaq; meliora euadant. Quæ autem cura adhibita mitescere nequeũt: aut etiam aduerso habitu loci sui generis prodeunt hæc siluestria sũt & rustica cultisq; uiuere nolunt. cultus enim dum ea melioribus instituere moribus cõtendit: deprauat atq; peruertit quippe cum a sua natura desciscere nequeant quæ orta sunt ex corruptione quo in genere capparis quoq; profecto est.

Cur si quis radicularũ folia tẽpore hiberno cũ maxime uigent absciderit: & terrã pedibus cõplanarit cõculcaritq; ut ĩbrẽ nullũ admittere possit radiculæ ipse per æstatem amplitudine minime cre scent. An ꝓpterea quia ne corrũpãtur causa cõculcandi soliditas est quæ humore qui putrefacere prohibet. alimentũ uero quod aliter ad germẽ sursum trãsmitteretur radix sibi ipsa totũ dispẽsat: itaq; nel amplior fiat necesse est uel suo de latere radices alias mittat geminãs modo ceparum. has enim multiplices effici nouimus siquis annuas non euellat: sed tpi hiberno relinquat. At cum uim istam procreandi ut lateri ceparum natura dedit: sic radicularum negarit necesse profecto est ipsa sillas crassescere nimiam od copiam alimenti.

Cur si quis cucurbitas aut cucumeres apud putheũ satos in ipsum dimiserit putheum tempestiuos: beneque operuerit: uirides per annum totũ seruabit. An q; uapor aquæ refrigerans efficit ne assiccent. seruatque uirides & uegetiores: & obturatio illa & spiritus satis alere possunt: quæ iam ĩ plenum creuerunt: permanẽdi uero facultas propterea datur q; relictis radicibus suppetit alimentum nã siquis cũ fructificarũt detractis sarmẽtis præcisaque planta terrã aggerarit conculcaritque circum radices: cucumeres faciet præcoques: utpote: cum radix ualeat cõseruari. Haud enĩ cucumer annuã sortitur naturã: sed uiuere ulrerius potest. Ferent autem isti fructum maturius q̃ qui semine ꝓdierunt qm̃ radix bona pars. S. operis præcondita iam naturæ habet quod illis seminatis priur confici necesse est. Terræ autem aggegatio & cõstipatio teporẽ inducit quo radix & seruari & germẽ mittere celerius queat. Vnde etiam fit ut siquis per hiemẽ cucumeris semen in quallis satum aqua irriget tepida & modo soli exponat: modo collocet apud ignem ꝑcoques admodũ cucu meres faciat si tẽpore congruo ad ipsum cum quallis in terram demittet.

Cur non meridie sed mane noctuue irrigare cõsueuerunt. Vtrum ne solis feruor humorẽ absumat. An q; si aqua calida sit necabit quæ irrigantur.

Cur omne odoratũ genus tam seminũ: quã stirpiũ mouere urinã potest. An q̃a calidũ est. cõcoctuq; facite. Cuius sane generis sunt quæ urinã ciere ualent. Calor nãq; interior cito extenuat. Nec aliq̃ corpulentia odor cõtinetur. Nam & ea quæ minime odorata sunt. alia caloris sui ratione uim mo uendi urinam habent. Vel potius collicandi: seminũ autẽ genus omne odoratũ calidum esse proculdubio nouimus. Odoris enim natura calore aliquo omnino creatur. At uero quæ male olent: haud quaq̃ apta concoctioni sunt. Esse autem non calida solum: sed etiam concoctu facilia debẽt: quæ sint prouocatura urinam: ut. s. una descendendo humores extenuent.

Cur ocius olus excaulescat: quod semine uetustiori ut trimo aut bimo ꝓdierit q̃ quod nouo. An q; sicut in animantiũ genere semen id celerius affert quod uiget: ita etiam seminum quæ uetusta ad modum sunt. uim suam omnem exhalarunt: quæ recentissima imbeciliora ꝓpterea sunt: q; excre-

mentũ adhuc procreationi minime conueniens continent. Quæ media tempore hæc humore in ntili omni exacto ualidissima esse ꝓbantur celerius igitur semen ꝓfundũt.Id autem ipsum nõ nisi excaulescere est quippe cũ semen ex caulæ proueniat.

Quã ob causã ruta insita in ficũ pulcherrima plurimaq; ꝓueniat. iserit̃ uero inter corticem limoq; obducto fouetur.An ꝙ rutæ radix fomentũ teporeq; desiderat:itaq; cinere quoq; circundata iuuatur ficus aũt calida est.quod eius succus oĩum accerimus docet.& fumus quem multũ emittit.habet igitur calorem atq; humoré talé qualem etiam cinis.Quãobrem si ille iuuare possit:ficus porro copiam ac uigoré eo magis pstabit quo humor cineris quidem non perpetue affluit fici uero irrequieto cõfluuio manat ut pote cũ arboris succus cõsumi ex toto nõ possit.

Cur stirpiũ nõnullæ caulé semper edant ĩané.An illis quarum natura ĩbecillior est:has rarũ ĩaneq; emittere caulem necesse est.

Cur in terra attica fructus cæteri dulcissimi fiunt .Thimũ uero acerrimũ est cũ id etiam ipsum fructus quidem existat.an ꝙ ager ille tenuis siccusq; est. Quamobrem non multum humoris continent quæ in eo nascuntur. Ergo quæ dulcia sua cõstãt natura hæc ob humoris contenti mediocritate:ubi sol partem cõsumsit maximã faccile reliquo cõcoquuntur.Eteni multum concoq negociũ ma gnũ est mediocre expeditius cõfici põt.Vnde fit ut fructus qui lege suæ naturæ dulces creantur:dulciores euadant.Qui sicci e natura minimeq; dulces proueniunt.hisnã ob inopiã tantum humoris retinent q̃tũ suo cõueniat generi qđ dulce nequaq̃ est.Sol auté q̃tũ dulcissimũ sit:& leuissimũ eximit. Itaq; acerrimi relinqũtur.humnore supuacuo carent:qué fructus cæteri obtinent.

Cur pulegiũ & liriũ cepæ suspensa floreẽt solsticii tpe.An iest crudũ in his alimẽtũ qđ ut hieme cõcoqui ex frigore neqt: sic solsticio ex calore cõcoquens auget. Verũ quia ĩ fluxii carẽt assiduo breui marcescunt.Eteni quæ nullũ alendi initiũ nullũ influxũ assiduum habent intereũt exciccanturq; Quade causa accidit apud.Scythas ut frumentũ diu in terra maneat:propter copiam niuis.& ubi emerserit celeriter crescat.

Cur cepæ unũ tã acriter modere oculos põt. Vnde nomé quoq; a græcis cromoyon ipositum putãt perinde q̃si pupillã cõprimi cogeret.Origanus uero nihil huiuscemodi facit. Nec aliud quippiam ex cæteris quãquã acre.Neq; enĩ Nasturtiũ quod mordacius est oblatũ oculis efficit æque ut lachrymæ profluãt. At cepæ & cũ oculis admouet̃ & cũ comedit̃ lachrymas monet. An ꝙ acrium genus discrimine euariat numeroso quo sua cuiq; uir cõsistit:rataque habet̃ nasturtium ergo qa calidus est resiccare:quod collicauerit amplius potest.Nã extrudere lachrymã cũ editur potest.admotũ tamen ad oculos.nihil propterea mouet.Quia nullũ mittit uaporé. Est enĩ id & siccius & calidius.Origauus cætera id genus calida sunt leuiter & sicca.Quod lachrymas auté moueat mordax id esse debet.& humidũ & lentũ. Quas ob res oleũ quoque lachrymam excutit:q̃uis leniter mordeat.Subiens enĩ irreptãsque suam ob lentitiam atque tenuitaté dolorem mouet : ac proinde homorem tabificat.at cepæ uim eiusmodi sane habet ut quod & humore & uapore sit calido : tenui & lento.Itaque oculis ad motum:eo ꝙ uapor eiusmodi est:humorque tenuis cõmear lachrymas mouet:cũque edit̃ itidem transmissa respiratione facere potest. allium calidũ quidem est & aere & humoris aliquid cõtinẽs:sed lentũ nõ est itaque lachrymã mouere nõ potest.

Quam ob causam myrta collisa in manu dulciora sentimus quã integra:An queãdmodum racemorum acini uindemiati dulciores sunt quã nõ uindemiati.Etenim musto quod natura suaue est excepti acini quasi condiuntur.Quippe qui uel extrinsecus mustum resudent.At qui in racemo cohærent utique icõditiores constant. Ergo myrta quoque natura dulcia intusque suã dulcedinem acinornm in modũ uue continentia:ubi in manu compressa cõflictataque sunt diffusa intestina dulcediue:parte quoque exteriore inopplentur.Itaque dulciora nõ ĩmerito sentiuntur.

Cur myrta enucleatiora sũt quæ minora & palmulæ nucleo pœne uacãt quæ minutæ odoleuerunt & nuarũ acini q passim cõstiterũt exigui uinacea uel nulla cõtinẽt:uel pauciora minoraq;. An qa minus pfecta sũt quæ minora:iccirco semẽ cõtinẽt idiscretũ:cui piude ut fini nucleus deputatus est:quãobrẽ & minora sũt utpote surculi qdé agnati exteriores partusq; ĩperfecti:& minus dulcia q̃ quæ iustũ cõtinẽt nucleũ.Sũt.n.minus cõcocta.Cõcoctio aũt nõ nisi pfectio est.

Quam ob causam fructuũ alii parté radici proximã habẽt amarioré ut cucumeres alii postremã superioré ut glãdes.An ꝙ aliis pars ista radici ꝓxima crudo uescit̃ alimẽto quoniã esce cõfluuiũ per radicem frequẽtat aliis quia sicci e natuta sunt postrema pars succo dulci cõcoctoq; inde assũpto iam plenius siccatur amarescitq; modo solis.Reddit̃ enĩ unũquodq; amarũ cũ amplius exiccatur ut oliuæ ut glãdes inueteratæ efficiuntur amaræ.

Cur aliqua germiuare nõ terra cõtenta:sed abscissa aut euulsa uel recõdita possint uel caules lilioꝝ ut allia ut cepæ.An ꝙ oẽs alimeutũ intra se continẽt:nec certo diffinitoq; loco oẽs oriunt̃. Crescere autem unũquodq; põt nõ eo ꝙ in se continet alimentũ:sed ꝙ decoctum iam & digestũ illud pabulum est:continent igitur uel ante hac alimentum:sed augeri tum dumtaxat incipiunt : cum

tẽpus ad id adest:cuius opa res illa effici pōt uelut etiã oua crocodylorũ tẽpus tute opiri sibi commodũ nouimus icremẽtũ tñ cõtinuari nõ licet:qm̃ aliud nõ suppetat alimentum.

Cur allia & cæpe quo sicciora seranť:eo meliora possint auadere.cætera autem deteriora. An ꝙ oĩa istiusmodi maxime plena humoris conficiũtur.Itaq; terræ cõmissa sicciora temperamento cõmodo germinare incipient. Adde ꝙ minus putrent cũ sicciora seruntur.

Cur allia & cepæ sole ex plãtis recõditæ germinare possint.an ꝙ humore alimẽtoq; sunt refertæ.copia igiť alimẽti est ꝙ germẽ efficere queat.Idq; cõstat argumẽtoq; est squillarũ : tũ etiam bulborũ qui idẽ facere possunt.crescere autem quodq; solet cum tempus uenerit.

Quã ob causam quæ aqua frigida irrigamus dulciora q̃ quæ tepida euadant. An ꝙ sic interclusum calidum salsius est:ut calidius quod salsim.dulce autem ita cõtrarium ut frigidum est & alimento oleribus humorẽ unde saporũ genera oriuntur.

Cur allia cum excaulescunt plenius q̃ recens edita olent.an ꝙ recentia humoris multũ adhuc extranei continent:quo fit ut uim suam integram habere nequeaut.cum autem decocta iam sunt secreto humore illo iutili.Tũ suũ odorẽ sincere adipiscũtur:qui.s.acer est. Quinetiã cæteri nuper editi fructus dilutiores sunt:& cepas recẽtiores ob eam causam minus acres sentimus.

Cur fructus myrtorum non conditarum magis q̃ folia defluant. conditarum autem reseruatarũq; alga:ut fit:folia defluant:fructus adhæreant.an ita euenrt nõ conditis : quoniam natura santitum est:ut fructus peracta decoctione flaccescant ac decidat.Quæ qnidem decoctio repositis agi non potest:sed eatenus tm̃ efficitur ut alge uapor prohibeat ne humor fructus imutetur.Folia contra cum siccent decidunt.Alga autem ut salsa exiccandi uim habent.Ergo non idem foliis accidit arbori adhærentibus & conditis modo quo dictum est.

Quam ob causam cucumeres.cognomento pepones optimi palustribus planis : idest humidis fieri soleant:ut apud orthomenum:& in ægypto.Aquarum & enim uberem terram esse ægyptum putamus.cum ergo cucumeres qui humidi sunt:& ob id orthenses ac rigui minime laudati locis palustribus quæ madida sunt egregie fiant. Vtrum ꝙ ob terræ duriciam altius coguntur descẽdere. Solum nãq; limosum ac plamũ maxime indurescit.Qui autem altius innitũtur meliores euadũt. An ꝙ terram siccam esse oportet:quoniã cucumeres natura humidi sunt.Ita enim sequetur ut per retractum in medium ueniant.Palustris uero si plena altaq; sit:alimentum nec exiguum præbet ꝑpter soli altitudinem:locũq; ipsum neq; nimiũ.quoniã solũ resiccari necesse est.

Quã ob causam ruta & nõnulla pigmenta odora sudorum faciant fœditatem.An quorum in odore grauitas est atq; acritudo ac cum excrementiciis mixta humoribus deprauare odores possunt.

Qua de causa rutam fascinationis remediũ asse aiunt.An propterea quia tum effascinari se credunt cum aut foraciter edunt:aut incõmoditatum aliquarum tenentur suspitione:aut cibum habẽt suspectum quem capiunt.iteq; cum de mensa eadem quid priuate sibi assumunt:participem intuentem quẽpiam faciunt:assanturq; cũ impartiant ne me fascines:ergo cibum cum perturbatione:sumunt:nec quid bibẽt aut edẽt sine turbatione:& flatu qui una hauriatur & ingeratur.Quãobrem flatu ipso uel cum extrudendus effertur cibus quoq; una elatus eiicitur:uel cum interclusus ꝑ humorem tenetur tormina mouenť & cruciatus:Igitur ruta ꝑesitata ui sua & potestate calefactoria uas quod recipit cibos elaxat & reliquum corpus itidẽ afficit : ex quo fit ut flatus ille interclusus transmitti atq; secedere possit.

Quæ nam causa sit:ut origanus musto iniecta uinum dulce efficiant duos in amphoram iniecisse eminas satis est:an ꝙ tollit quãtum in musto est : aquabundum & ferulentum sua siccitate in seipsa recipiens quibus scilicet saporem confici austerum censemus.argumento ꝙ uina siquid aquæ habeent sibi illabatum minus mollia redduntur:atq; & si diutius stare in fece sinantur itidem fiet & cũ uinum dulce molimur uuas mnltum temporis soli exponimus:ut sol quãtum sit dilutũ auferat:& reliquũ decoquat hoc aũt idẽ facere uel origanus potest.Quippe quæ si sicca & calida.

Cur nigræ myrti fronde sunt frequentiore quam albæ:an ꝙ nigræ generis sunt siluestrioris cuius indicium ꝙ locis rusticis istæ proueniunt minimeque ex cultu mutantur : humida autem omnia fronde crebriore conduntur.Quod enim minus suos fructus decoquere possunt.Iccirco ad frondem alimentum se uertit.

Cur ptisana & farina triticea oleo instillato reddi possint candidiora cum ruffum oleum sit. an ꝙ spumare solet dum cum humore miscentur. Quod non nisi albescere est. Mixtio uero uersatu agitatuque fit : & cum corpulentis humor committi melius potest : quod sane in polentis accidit.

Cur cibus triticeus maxime corporibus nostris competentior atq; uescẽtior est: quã ordeaceus. An ꝙ hic mediocrem habent lentitiam quam cibus habeat oportet:quippe qui adhærere conglutinariq; corpori debeat.Quæ res non nisi lentore effici potest.Ordeum uero orridius est. Itaq; massa eius longe pertrita ualidius alit quam parum attractata.

Cur farinæ triticæ primum ordeaceæ ultimum candidius est. An alterum ut durius circũfrangitur idq; agitur cum plurimũ temporis mollitur: alterum ut molius: atq; tenuis quãprimũ exprimit. Candidius autem in utrisq; quod interius est.

Cur panes frigidi albiores cernuntur q̃ calidi. An eadẽ quodã modo causa est: cur inueteratũ quoq; oleum candidius sit quã recẽs. causa nãq; nigroris humor est: hic autem in hisce utrisq; ut recentibus uberius continetur: sic tempore prouectis partius in superficie residet propter euaporationẽ. Euaporatur prorsus oleũ uel tempore uel sole. Panis autem calore inde egrediente per refrigerationem humor itaq; frigidis iam euanuit calidis adhuc inest.

Cur panes nõ saliti plus põderẽt q̃ saliti: modo cætera omnia pari habeantur mensura. Contrarium nãq; uerisimilius dixeris cũ sal adiiciatur: & grauior sit q̃ aqua. An quia sal exiccare potest exquo incorrupta seruantur. quæ confecta sale reponimus. Absumitur enim a sale resiccaturq; humor q ex calore putrescit & in pane igitur humor a sale consumitur extraq; eflatur: quocirca panes pridie facti leuiores q̃ calidi sunt: utpote frigidiores: contra his qui sale uacant humor largior insidẽs efficit grauiores.

Cur panes frigidi humefacti: si iuicẽ tãgãt nõ cohæreãt calidi cohæreãt. An q frigidi lentorẽ suũ cũ uapore una emiserũt: quo exacto cõglutinari nõ amplius queunt: humor enim quo maduere rigidus est. Calidi contra lentoris aliquid continẽt: ex quo fit ut cum madefactis uapor emigrat: calor ob suã tenuitatem respiretur & euanescat. Glutinosum autem illud cum calore egrediens seq: cũ humore permiscens: facit ut inter se panes cohæreant.

Cur farinæ triticeæ primũ ordeaceæ ultimum candidius prodeat. An q ordeum ut rigidius protinus obfrangi diffundiq; aptum est: quod maxime fit cum diu cõtunditur. Triticium mollius est. atq; ob eam rem parte exteriore leniter diducta interiorq;: quæ candidior est: expressa primum cõtunditur. Est autẽ in utrisq; candidius quod interius est.

Cur massa ordeacea quo plenius tractetur: teraturq; eo magis aluum subducere leuigare quæ potest: triticea contra quo plenius eo magis. An quod triticea maiorem in modum contrita minuitur. Lentum etenim quoq; affici ita solet: tum ignis humorem panis undiq; eximit. Itaq; rigidiusculum humore sublato relinquit. Deniq; quãto plenius cõtractatur & teritur tanto frigidior reddditur. Partes enim singulas deminui adeo agitatas extenuariq; necesse est. Rigidius autẽ omne cõcoqui facilius potest: Ordeacea cõtra quo amplius pressatur & teritur eo lentior & tenacior humore inhibito euadit. Tenax autem omoe ad lentum diuidi sane haud facilis potest. Quã quidẽ diuidendi difficultate fit ut ægre concoquitur Quod enim concoctionem recepturum est digeri in minima adebet.

Cur massa ordei contritata minor tritici amplior reddi potest. An quod ordei farina massata cõtritataq; compescitur atque consideat scilicet glutinamento humoris. Quia rara & crassiuscula est. Triticea quoniam spissa admodum est: colleuatur: atque extollitur. Spissa etenim omnia subacta pertritaq; incalescunt & incalescendo infiantur: ac extolluntur quomõ etiã caro pfricata extollit.

Sed cur massa triticea in igne amplior quã ordeacea reddatur. An q humorem triticea continet ide secretũ. Qui cũ calefactus egredi nequeat: scilicet exptritionis cõpressũ: mox spiritus de eo cõcalefacto humore nascitur: largior autẽ humor largiorẽ pariat spiritũ necesse est.

Quam ob causam cũ mel tenacius: q̃ aqua sit: farina mulso subacta frigidior reddatur ubi decocta est quam aqua subacta. An q aqua feruore ignis cogitur atque cõsistit mel cõtrahit quidẽ: sed nõ sine assiccatione. Itaque rem facit frigidiorem. Causa nanque rigoris in siccitate est.

Cur biscoctus panis refrigeratus minus duriciã præ se ferat. An q triticũ dulcẽ quẽdã ac lẽtũ succũ in se cõtinet qui ueluti aĩa eius est. Indiciũ q cũ siccet oĩno exinanit. cũ aũt uaporis aliquid sentit mox erũpit. & coalescit. Ergo cũ humor hic in farina quoq; tritici insit: maximeq; in ea quæ purissima est efficit: uel in massa ex ea ipsa farina cõfecta idẽ seruet. Argumẽtũ q decocta in pulpẽ red dit lẽtior. V bi igit panis primo igni cõmissus ẽ portio ridigi & leuis cũ humore euaporat & q̃tũ ĩ farina furfureum maxime est totum deurit. Mox pane educto cum denuo massa retritatur: pressaturq; pars farinæ tenuissima: & humoris lentissima: quæ solæ supersunt miscentur amplius sibi tum quia tales amplius euaserunt: tũ quo ꝓpter ignitionẽ. Fit enĩ mixtura eoꝝ ticturæ cõsimilis ita ut massa post trita similis farinæ illi elixæ afficiatur. Quippe pertrita iã prima relictaq; parte farinæ tenuissima: & humoris lentissima glutinosa: & resiccabilis redditur: ubi ignẽ persensit: nam & disiungi facilis quod lentum est nequit. Et humorem nullum per seipsum emittit quod spissũ est: Hac igitur eadem re panis quoque biscoctus ob causas prædictas afficitur. Itaq; minus durescit cum semper inter se humiditatem contineat.

Cur nõnullis de genere cibi: Tum humidi tum sicci multum temporis sine fastidio uti possimus: ut cibo quem triticea ex farina ordeaceaue conficimus. Et uinis austeris & aqua: aliis uero quãuis suauioribus: non tamen sine fastidio totiens uti possimus. An q eorũ quæ in cibo assumimus:

alia

alia ualidius alunt:suntque ad inundandum aptiora.Itaque uel ubi cibo priore consumpto uacui sumus.inest præterea facultas multa in carpore:quæ ut ad priorem corporis confectionem decocta:sic ad finem & succedentes coquendi uicem cruda animaduertitur. Cuius sane generis pars plurimũ suauium est quæ enim pinguia & dulcia & opima sunt hæc nobis gustu suauissima sunt. Eandé omnia ualide nutriunt: & decõcoqui possunt solétq; ĩnudare quocũq; inter seipsa diserimine distét. Vnde efficit̃ siquis sese ĩplerit facultas eo℞ diutius ĩmoretur. Nec breui sensus deficiat. Nõ enĩ solũ pleno uétriculo satietas orit̃:sed digesta quoq; alimonia cæteras in partes idétidé usu euenit. An nõ id solũ ipsum causæ est:uerũetiá ꝙ nõnulla ꝑ quá modicæ naturæ usui sunt nobisq; familiarissime cõueniunt. Hæc enĩ oĩa quia secũdũ naturá sunt iccirco melius a corpore dulcia recipiũtur ut quæ ꝑter naturæ ratioñé facile respuunt̃. Alia uero aliis téperationibus cõgruunt : ut mel apibus secũdũ naturá sic suppetit. ut ea uesci tm̃modo possint q̃q̃ uiribus sunt ĩbecillis. Itaq; relinquédum quidé est q̃tũ absumat̃. Sed id ex ꝓportione ad uires hoĩs. Quæ igit̃ e suauibus ita sese habent. Hæc qm̃ naturæ minus propria cõueniunt:suauia quidé sentiũtur:sed parũ tp̃is mox faciát & fastidiũ pariũt. Quæ auté secũdũ naturá pro cibo deputata homini sunt hæc semꝑ appetimus. Itaq; fit rõne naturæ ut usu quoq; eo℞ assiduo minusq̃ suauiũ fastidire possimus.

Cur eadé ex assuescétibus suauia & admodũ crebro utétibus insuauia sentiant̃ cũ tamen assuescere sit sæpe & crebro quicq̃ facere. An q̃a cõsuetudo habitũ rei cuiuspiá cupienté in nobis efficit non satietaté frequés auté uisio desideriũ explet quod & ipsum quasi causa quædá est. habitus ergo cũ exercitátur augétur atq; proficiũt. Cõceptacula uero in farta nihilo ampliora reddunt̃. Quáobré cõsuetudo cũ exercitatio sit auget habitũ illũ capienté. Quod auté usu crebro in cibo assumit̃ infartit quidé expletq; desiderium:quo expleto nõ amplius escam recipimus:sed augere illud idé nõ potest ob eam scilicet rem quá modo de infartione rettulimus. Ad hæc non ideo suauis consuetudo est. quia semper delectet. Nam res etiá solitæ moleste sunt si usu quis agit crebriori:sed eo certe suauius agit̃ qm̃ op̃is principiũ libéter adimus & diutius ré facere eandé assueti q̃ nõ assueti ualemus. Qua igitur re molestum hoc est quáquá suaue sit hac eadé:cærera quoq; suauia efficere possunt. Vtraq; enim cum crebro uel fiunt uel pro cibo sumũtur tediores certe afficiunt. Cuius sane causa est quod nos uires siue uirtutes uel recipiétes uel agétes non infinitas: sed finitas habemus quæ ubi quidé sibi modice competat obtinuerint:id enĩ est quod cõtinue amplificari sentiatur alteræ satis explentur alteræ agere nequeunt.

Cur panes ut parum triti sic nimium triti rũpantur. An ꝙ parum triti quoniá partibus minus cõnexis inter sese continétur:iccirco rumpi facile queunt. Tricatio enĩ partes copulat & coniungit. Ergo suo ipsi discrimine ad disruptioné paratiores regũtur. Adde quod multũ humoris & in ꝓmiscuum continent qui minus trituram præssuráq; recepere. at quos nimiũ tritos igni mandauimus hi sicci admodum sunt:quoniam humoris parum ĩmodica agitatio tritandi reliquerit : idq; decoctis totum exactum est. Igitur rumpi utrosq; necessum est:quoniam humoris multum educitur: multum enĩ ut absolute in his continetur quos parum tritaueris. Sic reliqui comparatione in his est. quos ĩmodice agitaris.

Cur massa triticea candidior pertrita efficiat̃ ordeacea nigrior. Vtrũ quod per summa ordeaceæ nimium assicatur. Calor auté humori permixtus candoré gignit:an quia cum calefacta est humoré ad seipsa trahit:ut quæ partibus maiusculis constet.

Quam ob causam farina aqua subacta melius coeat:q̃ oleo subacto quod tenacius est: q̃q̃ glutinantius quod lentius est. Oleum auté lentius q̃ aqua. An ꝙ aqua tenuior est ut usq;quaq; subire emollireq; ualeat. Coheret ité & cõprimit̃ inter se melius farina aqua subacta q̃q̃ etiam sine contritu comprimi queat.

Cur massa tota leuior sit q̃ seorsum humor & farina. Vtrum quia cum miscentur sp̃us intercludit̃. An quia pars aquæ a calore farinæ indito euaporatur:itaq; minus id redditur quod ex utroq; mixtum constiterit:aer autem aquæ tametsi miscetur nihilo tamé leuiorem faciat. Nam ipse quoq; aer cum aere pondus augeat.

Quam ob causam lac uinũq; dulce quotiens cum farina ordei bibitur dulcius sentitur. Vtrum ꝙ ad non dulce dulciora istæc esse uidentur. farina enim dulcis non est:aliter quia humor dulcis mixtus cum farina diutius immoratur. An propterea quia farina quæ dulcedinem in se habet aliq̃diu ĩmoratur:itaque diutius sentio habetur.

Cur eadem potio minus meram appareat si farina ordei inspersa bibatu. Vtrum quod diuersa sibi miscentur & téperant̃:an qm̃ farina humori obducta in sese retrahés abolet qualitatem.

Cur alica plus aquæ recipiat q̃ triticũ unde cõfecta est. An propterea ꝙ alica farina quodam modo est similia farina autem plus aquæ imbibit:moles ebim amplior eius q̃ tritici est. Pressius namque & constipatus triticum est. At ꝙ autem amplius est:plus id capere potest. An nõ solum ea ipsa de causa ita fit:sed etiá calore qué intra se continet & farina & alica efficitur ut bibacius hauriant:

quod enim calidũ est humorem id & efficatius ad se trahit:& expeditius in uaporem consumit

Cur farina tritici massata pertritaq; longe amplior reddatur q̃ ordei scilicet exproportione. An quod altera multum humoris sibi admitit:altera parum. Sed qua de causa plus admittat. Congruens enĩ potius dixeris:ut ordeacea bibacior sit. Quippe cum ordeum tostũ triticum non tostum sit. An p pterea ita fit. Quia trituram plenioré triticea patitur. Cuius causa est:quod partibus minutiorib⁹ cõstat. Fit igitur quasi ut quantuplo partibus cõtineri põt minoribus tãtuplo humorem sibi largi orem admittat. Quippe quæ ipsum humorem pro glutine sibi capiat Em pedocles quoq; suis in persicis diuerticulo quodam ait. Multæq; humoris proinde absumere queat.

Cur etiã igni mandata massa tritici amplius augeat q̃ ordei. An q humorem in se cõtinet indiscretũ qui recalescẽs extrudi nequeat:hic ergo cũ in spiritũ transeat:ne sese pmere patitur:atq; ex massa ordei possit uidelicet propter tritici spissitudinem:spissius.n.est quod ptibus cõstat minutioribus Iccirco extollit molemq; agit ampliorẽ. Ad hæc plus ista humoris cõtinet. Quo recalescente spiri tus prouenire solitus est. Ex quaq; re autẽ pluris plus proficiscatur:necessum est.

Cur pistorum cæterorumq; officio fungentium frumentario:qui ordeum attractant imbecilli effici antur:& destillationibus infestent̃. Qui aũt triticũ corpore sint bene habito. An q facilius triticũ concoqui q̃ ordeũ potest. Atq; ea re delibamenta inde manantia esse faciliora necesse est.

Cur panis tostus durior tepefactus humidior reddi aliquantisper possit. An quoniam cum torrefit humor extruditur:itaq; panis relinquitur durior. Leniter autem cum recalescit humor consistens ab igne diffunditur. Humidiorq; proinde existit.

Cur farina tritici resiccata minus constipetur q̃ ordei. An quod intercapendine uacãt : quæ ex par tibus constant minutissimis; & plura quæ grauiora sunt:compressa suopte pondere tantumdem occupant quantum pauciora. Sed farina ordei crassiulcula est:itaq; siccata compesci atq; in minus contrahi potest :ut quod minus est suo compressu plus illud constipet in seipsum capessatque: triticea porro particulis minutissimis iam constat. Itaque non ideo resiccatur ut partes reddantur minores : sed ut leuiores efficiantur minusq; constipentur suo compressu & nutu . Natura enim grauior farina triticea q̃ ordeacea est.

DECIMAQ VINTA PARTICVLA Q VAE AD FRVCTVS ARBORVM PERTINENT.



Vam ob causam poma non ita prius esitata in repletionis mole respõdeant. An qm̃ cæteris esculentis genus pomorũ longe grauius est:quod argumento ficuũ constat quæ uouissime æstate ultimæ tñ euomunt̃. Poma igitur ante ingesta suo pondere in imũ delapsa:spacii amplitudinẽ relinquunt superius ut cibũ sequentem admitti facile liceat. At si ecõtra sumãtur usu eueniet ut quoniã deorsum ferri expedite non queant:innatent & partem totam fere occupent inanem.

Quãobrem cũ dulcia nobis similiora q̃ acria sint:ocius a dulcibus impleamur. Cõgruũ enim ut cõ tra eueniat:quãdoquidem a similibus minus satiari consentaneũ est. An quoniã nõ æq; præmatu re cõceptaculũ:ex quo hausimus & corpus quod uescitur impletur:sed ueuter quidẽ repletus ali quãdo est:ut eorum qui sitiunt. Sitis autẽ nihilominus superest. Nõ enĩ ea de causa sitis cessat: qa uẽter plenus homoris ẽ:sed qa mẽbra corpis oĩa humorẽ cõmodũ sibi attraxerint:q ubi illa satis suũ desideriũ expleuerũt tũc sitire cessamus:ita etiã fames:nec aliter tolli potest.

Cur ocius a dulcibus q̃ acribus sentiemur. An qa ocius dulce q̃ acre appetere desistimus:sed an pin de ut uenter impletur:nos quoq; dulcibus saciari possimus cõfessum nõ est. Cũ igitur desideriũ ce lerius his ipsis expleri possit docẽdũ est. Alimẽti desideriũ siue cupiditas ut simpliciter loquar in digẽtia est:cũ cibũ uel nullũ uel pauculũ habemus. Quod cũ acria nõ ualide nutricare queãt : sed parũ alimoniæ multũ habeãt excremẽti:merito amplius hæc appetimus : parũq; eo℞ cupiditatẽ exprolemus:qm̃ alimẽto itẽ legemus:quo ipa careãt. At dulcia tota ipsa cibus idoneus sunt : atq; ex paruis q̃busdã eiusmodi escã corpus capit uberiorẽ. Quod cũ se abũde refersit:nihil edere pte rea potest. Plus enĩ tollerare nõ potest:atque ita efficitur ut ocius a dulcibus satiemur.

Cur fructus arbo℞ & canes & cætera id genus utribus uehemẽter iflatis cõtẽta ualeant icorrupta edurare nec minus quæ diligẽtissime picata obturataque circũundique fuerit. An qm̃ corrũpi oĩa solẽt cũ mouent̃. Quæ aũt plena sũt ĩmota psistũt:haud enĩ fieri põt:ut motus sine inani spacio agat̃. Atqui istæc quæ ita iclusa sũt pleno undiq; cõstãt:ergo icorrupta seruari rõne.

Cur uinũ post pomũ putre epotũ amarũ sentiatur. An amarorem putredo habet. Itaq; quod de po mo per summa insidet linguæ humori qui bibitur permixtum:diffusamque amaram efficit poti onem. ipsum autem pomũ per se esitatum minus deprædendi propterea potest:quia saporis id ge nus multa atingat inq; exigua discenatur.

Cur edenda bellaria sit:ususq; secundarum mensarũ adiici debeat. An ut satis bibamus . Non enim

sitis gracia solum quæ per mẽsam primã nos teneat bibẽdũ:sed ẽt post hausisse aliqd iuuat.

Cur nuces tostæ refrigerate deteriores redduntur:& panis quoque & glandes: & multa id genus alia rursusq; calefacta eadem meliora euadant. An propterea quod refrigeratis succus cõcrescit & cõstat tepefactis rursus dilabitur. Suauitas autẽ nõ nisi per succũ percipi potest.

Cur post fructuũ esitationẽ.ut ficuũ cæterorũq; generis eiusdẽ uel uinũ merũ uel aquã supbibere debeamus.quæ qdẽ aduersa iter se sũt.an qa genus pomorũ & calidũ & humidũ cã suæ generatiois est.habet enĩ tũ ignis copiã tũ humoris.itaq; succus pomi ueluti feruorẽ int⁹ pignẽ excitat quo mõ mustũ foris efferuet.uĩ tñ hebetiore humor aũt minus cruditatẽ cõmittit. Aqua igit suo frigo re feruorẽ illũ frãgit.atq; extiguit & uinũ suo calore idẽ plærũq; efficere põt:quippe qđ perinde at q; ignis igni multus pauco uires subtrahat.amplius tamẽ humoris copiã suo calore emollit:& cõ coquit:suoq; põdereinnatantem illum feruorem uincit ac reprimit.

Quam ob causam caricæ bifidæ tantũ dulcissime sint nec multifidæ:aut omnino in fidæ dulcedinẽ præstẽt. An q; ex multifidis respirauit:euaporauitq; cum humore pars dulcedinis plurima ĩ his aũt quæ insissæ coniuent humoris diluti copia est:quod nihil fere inde exactum fuerit. At quæ fisse q dem sed tamen fissura multiplici sunt immunes utroq; isto incõmodo caruerunt.

Cur si ficus in furno siccantur:duriores efficiuntur q̃ si exẽptæ foris refrigerent. An quoniã in fur no humor totus ex nimio calore euaporat:foris aer circũfũdẽs humorẽ cõtrahi emanareq; phibet ita.n.ut leuiter euaporetur potius accidit. Sũt aũt quæ siccẽt dura:quæ humẽt mollia.

Cur ab acerbis uinũ aut aqua epota dulcior sentiat:exẽpli gr̃a si quis glãdes:aut myrta aut tale quid ori mãduerit. An merito ita fiat:queẽadmodũ uel in cæteris agit:oĩa nãq; plenius eadẽ apud sua con traria innotescũt:Contrarioꝝ autẽ sapores oppositi ferme inter se sũt. An ut res in his est:quæ co lore inficimus:ita etiã lingua acerbis cõficitur illis:meatusq; suos patefieri patitur:ut dulce subire amplius possit. Res enĩ quasq; inficiẽdas humoribus quibusdã acerbis ante ĩmetgimus:ut inde af fectæ ĩfici colore plenius atq; in eluibilius possint.

Cur dulcia minus dulcia sentiẽtur calida q̃ refrigerata. Vtrũ propterea quod simul sẽsus duo existũt idest calidi & dulcis itaq; calidi sensus reliquũ depellit atq; obfuscat. An q; etiam succus dulcis cali dus est:itaq; ignis igni adiicitur:ergo calor est:qui impediat. An q; ignis uires omnium minuit quia uim obtinet commutandi:calida igitur propiora mutationi sunt:refrigerata resident sibique iterum constant.

Cur paleæ fructus duros atq; inconcoctos emoliunt immaturitatemq; adducunt.mites autem & cõ coctos non putrefaciunt. An q; palea calida & attrahens est. Suo igitur colore concoquit:& per uim illam attrahendi saniem omnem seuocat:atq; imputridos seruat.

Qua de causa ficus cum moles dulcesq; sint dentes offendant. An quia gingiuis sua lentitate adhæ rẽt seque præmolles inter dẽtes insinuãt: & putredinẽ per suũ calorem cito conficiunt forsitan & ob granoꝝ suoꝝ duriciam dentes celeriter effatigãt cũ manducantur conficiunturque.

DECIMA.VI.PARTICVLA QVAE AD MARE SALSAMQVE OMNEM AQVAM ATQVE AQVAE CALIDAE RATIONEM PERTINENT.



Vr fluctus pelagi alti superfrangi non soleant:sed parui tantum & breuis. An quia parum humoris cum fertur discerni a spiritu facilius potest:quã multum. Cur naui gia onustiora in portu q̃ in alto esse uidentur celerins etiam de alto in terram ueni unt quã de terra in altum prouehunt. An quod plus aquæ q̃ minus reniti ualidius potest:pauca.n.oppressa onere redit:ut demergi necesse sit:multa econtra repellit ac substinet. Vis enim ea est aquæ ut sursum uersus compellat inferius ergo ut in por tu maris parum sic multum in alto est:Itaque plus oneris conuehi in portu uidebitur:ẽt mouebit ægrius qa magis ĩmergitur & aq̃ minus reniti põt. At uero ĩ alto res cõtra usu eueniat:

Curfluctus interdum prius eueniant q̃ uenii. An quoniam primo spiritus ortu maris pars prima im pulsa partem sibi continuam ipsa compellit:itidemque deinceps uice pari:seriæque agitatur per petua. Quamobrem cum mare ipsum continuum sit:efficitur ut quasi unus ictus cõtinuos ex his omnibus exultet:idque fieri uno in tempore possit. Itaque euenit:ut prima & ultima pars simul moueant:quod aeri nunquam accidit:quia cordore uno continuo hic ẽe non potest:eo quod mul tiplici undique repulsu retorquetur atque conquatitur ut primus ualidissimus que mouendi impe tuis refringatur impediaturque:Quod mari accidere propterea nequit qua grauius aere motuqne difficilius est.

Quam ob causam cum aliquid in mare undabũdum & æstuans iactum est ut ancora unda residet & quiescit:An quod mari ponderi cedit quod defertur quo cum aer delabatur:qui cum per dire ctum in imum defertur atque atrahittur secũ eodẽ id ttahit quod mare delatere concitat: æstus

autem maris nō desuper tendit ad ima:sed per summa uersatur:quo sedato tranquilitas oritur. Ad hæc cum mare in ea spacia coit:quæ ponderi descendenti cesserint:uertiginem mouet quæ non nisi circulo agitatur. At cum linea recta circulum ꝑ punctum attingat:fluctusq; ad lineam rectam obliquæ ferantur:fieri pōt ut fluctus ipsi ꝑ punctum oras uertiginis attingant:nec prædictam ob cām tantū sed etiam ꝙ ipsa uertigo accedens suo impetu circūundiq; illos depellit:quod cum itaq; fluctibus pars ea uertiginosa careat:merito unda iacta anchora residet tranquillaturq;. Adde ꝙ aer qui cum pōdere illo delapso descendit:mox sese referens undamq; sursum compellēs bullas excitat quippe cum bulla humore consistat:qui de imis ad supera pulsus ab aere efferatur:omnis autem bulla lenis serenaq; est. Indicium uero ꝙ unda q̄ pondus in imū corruit: submisa in cauū paulopost resurgit:& mari circundanti æquiperat.

Cur interdū nauigia dum cursū agunt in mari quieto repente absorbentur:totaq; ita periunt ut ne naufragiū quidē fluitans nusq̄ appareat. An cum locus cauernosus terræ subditæ mari disrumpit simul in mare nauigia introrūpunt: introrsūq; spiritus īpetu trahuntur. Cumq; īpulsu pari circū undiq; agitentur:deorsum ferātur necesse ē. Hoc idē apud Mesanam quoq; in freto fluctu recipro co euenit. Fiunt enim eo ipso uertigines:quæ in imū obsorbēt:tū ob eā quā diximus cām tū ēt ꝑ mare illud ē: terraq; ad lōginquū usq; subhiat cauernosa. Vertigines igitur eo usque per uim ducti tāt itaq; efficitur:ut inibi fragmēta nulla ualeāt fluitare. Fluxus autē ille fieri solet cū flatu desistē te priore:mari itē fluente flatus aduersus primo occurrit maximeq; cū auster. Cū.n.unde inuicem cursitāt:inflictu prætereunt mutuo:quo scilicet modo ī fluminibus fieri nouimus:atq; ita mare ī girū uertitur:quæ uertigo aut uertex uocata est. Fertur autem unda manfractū inicio motus uali do desuper irruente. Igitur cum undas urgere inlatus non liceat:impulsu namq; repellūtur mutuo compelli prorsus in imum necessum est. Quamobrem id quoq; deferri eodem una cogitur quod uertigo præhenderit eademq; causa est:cur etiam nauigia resimentur:repandaq; deferatur cum de uorantur a uertigine:Iam enim aliqua erecta.ex toto descendisse memoriæ proditum est.

Cur mare ponti candidius quā ægæi est. Vtrū propter uisus refractionē factam demari in aerem. Est enim aer pōti crassus:& albidus itaq; fit:ut etiam maris pars sūma talis esse uideatur:ægæi uero quoniā a longinquis usque purus & liquidus est:cerulius cernitur quo circa mare quoq; aeri reni tēs: colorem eundem representat. An quod lacus omnes q̄ mare candidiores sunt:pōtus autē in la cus spēm propemodum transit:eo ꝙ multi in eū fluuii effluunt:nec uero mari solū candidior lacus ē:uerūetiam fluuiis. Vnde pictores flumina pallida:mare ceruleū lacū candidū pingere non inepte cōsueuerunt. An quia per aquam bibi idoneam uisus penetrare facile potest aerem uersus reflecti tur de mari autem nec sursum reflecti potest:quoniam leuis aqua non est & deorsum progrediens fatigatur itaque fit ut mare nigrum esse uideatur. At qui mari quod lacum simulat pars dulcis per summa innatat. Salsa uero in imo est. Quamobrem ꝙ id penetrare aspectus nquit:sed ad ucem re flectitur albedinē per summa ostendit.

Cur mare minus qua aqua bibi idonea frigidū ē:oēsq; salsi humores nō ut dulces frigidi sūt. Vtrū ꝙ mare spissius & corpulentius ē:tale autem quodq; minus refrigerati pōt:sicut & amplius incale scere aptū ē:qppe ꝙ caldorē seruare suā ob densitatē melius possit. An quia mare pinguius est quo circa flāmā æque extinguere atq; cæceræ quæ nō potest. Calidius autem quod pignis est. An qm̄ multū terræ in se cōtinet ꝑpterea siccius est:quod autē siccius idem calidius est.

Qua de causa qui mari se lauerint:ocius resiccent cū mare grauius sit q̄ aqua dulcis. An quia crassi us & terrosius est:ergo cū parū humoris habeat:merito siccari potest celerius.

Cur ꝑflante aqlone:mare ꝑspectius:atq; trāslucidius sit q̄ austero. An qa mare cū se renū est colorē trahare sibi assolet. Inest enī aliquid pinguis in succo salso. Indiciū ꝙ die tepediore oleosum quiddā secerni uidemus. Ergo trāquillo tepedioriq; mari succus iste sua leuitate per sūma pandit : quod aquilone fieri minus pōt causa frigoris. Est autē aqua translucidior q̄ oleum. Id enī colore obduci tur. Aqua uero expers coloris uisu obuia apertiorē sui præstat suspectionem.

Cur fluctus uentum præ se omnes ferant. An quia flatus futuri indices sunt:flatus enim īpulsus ae ris est. An quia uice ꝑpellendi successiua cōsistunt:ꝑpellit autē flatus nōdum continus sed exoriēs Prim⁹ igit̄ q̄si emarcuit:mox aūt hūc ꝑpellit factaq; altera dēsitate elāguescit:Quare cū hoc pro pulsu iā adest:propellēs quoq; illud uēturū esse palā fit. Facit enī idipsum cū incipit.

Cur fluctus anteq̄ flatus erūpit. An qa nō simul flatus desistit.& mare undabundum sedat̄ sed mare postea cessat:iō fieri pōt.ut qui mouerit spūs ante occidat q̄ sensu obuius sit,itaq;.nā fluctus spiri tu prior est:sed ille latet hic patet. An flatus nō undiq; simul spiret:sed primū unde exortus sit. Si mul aūt spirat:& mare sibi proximū agitat:quod exitū subinde proximū mouet:atq; ita fieri pōt: ut fluctus flatū possit anteire. Motus enī ille uelocior a mari nō a flatu principiū ducit.

Cur in mari melius q̄ fluuiis natare possumus. An ꝙ qui natat sedulo aquæ admittēdo natatus ad niti autem firmius ad id possumus:quod corpulētius est. At aqua maritima fluuiali corpulentior.

est crassior enim & ad renitendum ualidior.
Cur mare deuri potest aqua non põt. An & aqua deuritur sed mare minus ignem extinguit: quoniã pinguius ẽ. Cnius rei indicium oleum facit: quod ex sale depromit potest. An etiam meatus maris minus congruant igni: aut qui crassiores sint. & eo magis quod salis ratio non deest. Vt igitur qđ siccum est: minus extinguere q̃ quod humidum potest: ita etiam quod amplius siccum est: idem ex ratione urentius esse debet: & alterum magis altero. Quo enim siccius eo caladius est: mari autem isthæc ambo inesse plenius palam est.
Quam ob causam demersi in mare plus temporis ualeant tolerare quam in fluio. An quia fluuialis humor tenuior: Subiens igitur copiosius strangulat.
Cur mare perspectius & dilucidi⁹ ẽ: quã aqua potu idonea: cũ crassius sit dulcis enĩ salsa tenuior. An tennitas causa non ẽ: cur mare dilucidius sit: sed directi meatus id faciunt: quos tum plurimos: tũ amplissimos continet: ergo illa potu idonea spissa ex tenuitate suarũ partium est salsa amplioribus intersticiis inanit. An quia mare purius & sincerius est: terra enĩ nulla in eo permanat harena suo pondere delapsa in imum subsidet. At humor dulcis mixtus cũ terra est. quæ interueniens facit ut cito perturbetur.
Quã ob causam mane aura frigida demari non spirat: de fluminibus spirat. An quoniam mare locis patulis spaciosisq; dilatat: flumina angustissimis concluduntur. Aura igitur maris per multa uasta que spacia dispalata redditur: imbecillis fluminum autem uniuersa extiguitur: itaq; amplius ualet & frigiduscula merito occurrere potest An causa non in eo est: sed ut fluminum sua natura frigida sunt: sic mare nec frigidum: neque calidum ẽ aura autem omnisque respiratio: humore uel calscente: uel frigescente executi solet enim utrũ ex his fuerit: humor aerescente aer qui inde ortus spirat aura est: qui si a frigidis proficiscitur frigidius merito spirat si a ualde calidis cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes possumus: mare autẽ neque frigidũ neq; calidum ualde ẽ ita que nec frigidum esse id potest: quod ex eo respirat cum scilicet mare frigidũ ipsũ non sit: nec cito refrigeratur quia calidum ualde non est.
Cur fluctus alterioris pelagi tardius desistant: quã breuioris. An quia res omnis serius ex motione multa quam pauca requiescit æstus autem magni pelagi amplior quã parui est. ergo nihil temere agitur si tardius quietatur.
Cur allia cū excaulescuut: plenius q̄ recens edita olét: an q̄ recētia humoris multū adhuc extranei cōtinēt: quo fit ut uim suā integrā hr̄e neqant. Cū aūt decocta iā sunt: secreto humore illo in utili: Tum suū odorem sincere adipiscuntur: qui. s. acer est. Quinetiam cæteri nuper editi furctus diluitiores sunt: & cepas recētiores ob eam causam minus acres sentimns.

Cur furctusmyrtoꝝ nō cōditarū. magisq; folia defluāt cōditarū aūt reseruatarūq; alga ut fit folia defluāt fructus adhæreāt. an ita euenit nō cōditis qm̄ natura sancitū est. ut fructus pacta decoctione flacescant ac decidat. Quæ quidē decoctio repositis agi nō potest sed eatenus tm̄ efficitit ut alge uapor ꝓhibeat: ne humor fructus īmutet. Flia cōtra cū siccent decidūt. alga aūt ut salsa exiccādi uim hēt. Ergo nō idem foliis accidit arbori adhærentibus & cōditis modo quo dictnm est.

Quā ob cām cucumeres: cognomēto pepones optimi palustrib⁹ planis idest humidis fieri soleant: ut apud orthomenū & in ægypto. aquarū etenī uberē terrā esse ægyptū putamus. cū ergo cucumeres qui humidi sunt: & ob id orthenses ac rigui minime laudati locis palustribus q̄ madida sunt egregie fiāt. Vtrū q̄ ob terræ q̄ duritiā alti⁹ coguntᷣ descēdere. Solū nāq; limosū ac planū maxīe īdurescit. Qui aūt alti⁹īnituntᷣ meliores euadūt. an q̄ terrā siccā eē oportet. qm̄ cucumeres natura humidi sunt. Ita enī seqtur: ut p retractū in mediū ueniāt. palustris uero si plena altaq; sit. alimentum nec exiguū p̄bet ꝓpter soli altitudinē locūq; ipsū neq; nimiū quoniā solū resiccari necesse est

Quā ob cām ruta & nōnulla pigmenta odora sudoꝝ faciant fœditatem. an quoꝝ in odore gruitas est atq; acritudo hæc cū excrementiciis mixta humoribus deprauare odores possūt.

Qua de causa rutā fascinationis remediū eē aiūt. an ꝑpea qa tū effascinari se credūt: cū aut foraciter edūt: aut incōmoditatū aliquarū tenentur suspitionē. aut cibum hn̄t suspectū quē capiunt. itaque cum demensa eadē qui priuate sibi assumūt. participē intuentē quēpiam faciunt.

Cur ignis hoīem nigrū non reddit fictilis reddit. sol cōtra hoīem nigrore afficere pōt: factile nō pōt an nō eadē uterq; rōne agit: sed sol adurēdo nigrificat. Ignis fictilis replet: obducitq; fulgie: q̄ fauilla p̄tenui Dū carbones frāguntᷣ simul & flagrāt: cōtrahitᷣ homiem nigꝝ sol reddit mīme qm̄ solis calor lenis mollisq; est. & p̄ sua tenuitate cutē ipsam leuiter p sūma adurit. Quoniā itaq; carnē nō attingat. dolorē nullū pōt īfligere qm̄ urat nigrorē īuehit ignis ꝑfecto uel nihl tāgit uel intro irrūpit. nā ambusta quoq; ignis atra reddūntᷣ. Veꝝ hic nō ea tenus tm̄mndo urit quatenus calor ater se pandet & auget.

Cur hoīes cū senescūt nigriores reddantᷣ: an qa res oēs excepto situ nigriores cū putrescūt euadant: senectus aūt nō nisi quædā putredo est: ad hæc cū sanguis siccescēs nigrior reddi soleat merito senes sunt nigriores. Sanguis etenī est qui nostra corpora colore attingere ualeat naturali. Quam ob causam oleū sol cādefacit: carnē nigrificat: An qa olei terrenā eximit partē quæ uigrioris causa est ut ēt uinū sortis rōne terrenæ nigrū est. Carnē uero nigrā ꝑpterea reddit: qm̄ urit. Terrenum nāq; oē cū uritᷣ effici solitū est. Laus deo.

Calphurnius Marco Aurelio uiro clarissimo salutem:

PEtierā a te Marce p lr̄as Plutharchi ꝓblemata: rn̄disti quēadmodū ad oīa soles elegātissime: te illa & uidisse: & lectitasse: sed q̄ mēdosissima: pluribusq; in locis māca depssisses: dignū minime duxisset ut in bibliothecā tuā reponerentᷣ: ī quā nihil nisi qđ excultū sit atq; ornatissimū admittitᷣ: q̄ cū ab īpressorib⁹ nō aliter q̄ tu p̄dixeras accepissē Ioānis petri Lucēsis uiri utriusq; līguæ eruditissimi: p quē fideliter e græco ī latinū trāslata sūt: laborē irritū eē nolui. Quā obrē græco exēplari q̄primū in uēto q̄ta maxīe diligētia studioq; potuerim sic a me emēdata arbitror: ut illud acre iudiciū tuū: qđ tū lr̄arū studiis: tū reip. Venetæ grauissimis in rebus approbatissimū ē subire tuto possint: & a uoluminib⁹ tuis q̄ emēdatissimis excipi. Nā cū nr̄a ætate lr̄æ quæ superiorib⁹ annis penit⁹ erāt obrutæ: nūc uero. ut sic dicā: ab īferis paulū reuocatæ sūt q̄plurimos: & eos eruditos qdē assertores habeant: nemīnē tn̄ tibi p̄tuleri. qs. n. si ueꝝ admittitᷣ: te eruditior: qs sūma ītegritate cōstātior: qs oī uirtute singulariq; modestia præstātior qđ & plurib⁹ argumētis certū est: hoc uno tn̄ fit manifestius qđ uiros doctos ea charitate & beniuolētia ꝑseqris: ut in eos omnes amorē fraternū ostendere labores a qb⁹ si mutuo diligeris: amaris: coleris: ut si q̄ in re ope aliena īdigeāt: ad te tanq̄ ad saluberrimū portū cōfugiāt: teq; lr̄arū unicū p̄sidiū & decus appellēt. Suscipies igitᷣ dū impressum erit hoc opusculū quod certe eruditiōis plenū & ad pcipiēdos plures antiquoꝝ rit⁹ putile legētibus cēsebitᷣ: & eo maxime q̄ tua adhortatiōe a me recognitū in lucem p̄dire nō dubitabit. Vale musarum decus.

Plutarchi

PLVTARCHI CHERONEI DIVI TRAIANI PRAECEPTORIS GRAECORVM CLARISSIMI HISTORICI AC PHILOSOPHI PROBLEMATA EMENAATISSIMA.



VID EST quod noua nupta cum in matrimonium datur: ignem & aquam iubetur attingere. An ꝙ in elementis ac principiis eorum: alter maris: altera fœminæ locum tenet: & is principium motionis iniicit. illa uero subiecti ac materiæ uim habet. An ꝙ ignis purgat. Aqua uero circũfert ac lustrat. Vxorem uero puram & castã permanere oportet. An illud potius quod queadmodum ignis humoris expers. nec alit quicq̃ & ieiunus est atq; aridus. Aqua uero sine calore sterilis est & ignaua. Sic mas & fæmina nisi coeãt disiuncti languescant: & nihil efficiãt necesse est. Quoꝝ cõiunctio in matrimoniũ coeũtibus cõiunctum perficit qui deserendus non est & omnis fortunæ casus cõmuniter subeundus: etiam si nullius boni nisi ignis & aquæ participes inter se futuri sint.

Quid est qđ nec plures nec pauciores: sed qnq; tm̃modo faces in nuptiis accẽdũt quas Cereos appellãt. An illud ẽ qđ Varro ꝓdidit impatores tribus usi solitos eẽ ædilibus plures adhiberi: moris est aũt ut ab ædilibus q uxores ducũt faces accẽdãt. An ꝙ cũ plurimis in rebus numeris utãt: cum in cæteris melior ac ꝑfectior sit: & ad nuptias ĩpar numerus cõueniẽtior atq; aptior habebat. par enĩ numerus & ĩteruallũ suscipit: & eius paritas aduersat ac pugnat. Impar uero oĩno scindi nõ põt. sed si diuidat semp aliquid cõe relinqt. Ex oĩbus uero ĩparibs numeris qnarius potissimũ nuptialis ẽ. Tria enĩ primũ ĩparis locũ tenẽt. Duo uero paris ex quibus tanq̃ ex mare & fæmina qnarius commiscetur numerus. An illud magis ꝙ cũ lux generationis signũ sit: mulier uero nõ pluris q̃ quinq; uno partu natura potest edere. Iccirco ibidẽ utuntur facibus. An ꝙ deos quinq; præcari eos putãt: qui matrimonio cõiungunt Iouem adultũ: Iunonẽ adultam Venerem suadellam & in primis Dianam: quã etiam in partu & doloribus mulieres inuocant.

Cur Romæ cum Diane multe sint ædes: eam solum quæ in angiportu est: qui patricius dicitur uiros ingredi nephas est. An ob eam fabulam quæ dicitur quendam cum eo in templo mulieri: quæ Dianam salutatum uenisset uim attulisset: a canibus discerptum fuisset. Inde orta superstitione homines ingressu abstinuisse.

Cum in cæteris Dianæ tẽplis Ceruorum cornua plane affingũt in auentino boum tantunmodo suspendere cõsueuerũt. Quid ita? an id ueteris casus memoria: & recordatione fieri putãdum est. Ferũt enim in Sabinis Antronis coratio bouem insigni specie ac magnitudine natam fuisse: a diuino deinde quodam monitum. Si quis eam bouem in Auentino Diane ĩmolasset: factũ esse eius qui rem diuinam fecisset. Ciuitatem totius italiæ imperio potiri: hoĩem re credita ut bouem ĩmolaret statim Romã uenisse. Seruũ interĩ Seruio regi clã rem oẽm indicasse: illũ e uestigio Cornelio sacerdoti inperasse: ut Antroni antequam is rem diuinam faceret in tyberi se ablueret: rite præciperet Sic. n. eos qui litare uellent facere consuesse. Antronem cupide profectum lauisse. Seruium interim occupasse: ac Dianæ bouem ĩmolasse: & cornua templo affixisse. Hoc iuba monumentis mandauit & Varro. Nisi quod Antronis nomen Varro non prodidit: nec a Cornelio sacerdote sed ab edituo deceptum fuisse dicit.

Cur eos qui in agro extremo diem suum obiisse falso nunciati sunt. Si postea reuerterint ianua ĩdomum non admituntur: sed per regulas ascendẽtes intro seipsos demittũt. Varro. n. omnino causam fabulosam tradit. Dicit. n. bello Siculo nauali pugna cõmissa: cum eo prælio multos occidisse falso nunciatum esset: omnes postea reuersos breui interiisse. Vni autem ianuam ingredi conanti temere clausam obstitisse: nec cũ aperire conaretur potuisse: hominẽ ibi pro foribus cõsopitum in sonniis speciem uidisse qua super tectum perimbrices descensus in domum ac delapsus ostenderetur Quo facto fœlicẽ fuisse: & ad senectutẽ peruenisse. Inde posteris morem fuisse proditum. Sed uide ne hæc quoq; quodãmodo græcis ac nostris similia esse uideantur: nõ. n. castros putabant: nec illis omnino admiscebãtur: sed procul a tẽplis arcebẽt: quibus funus tanquã mortuis & exequiæ factæ fuissent: ferunt autem quendam qui hac superstitione huic religioni obnoxiũ teneret. Aristinũ nomine Delphos misisse qui deũ suo noĩe precarent: ut eũ quibus ob hũc ritũ difficultatibus teneretur absolueret: Pythiã illis respondisse: quæcunq; purpurea facere cõsuesset. Vbi omnia rite obiisset cũ diis immortalibus sacrificaret: Aristinum oraculo accepto: ac ꝓbe cognito sese quasi modo in lucẽ editũ mulieribus lauandũ obligandũ lactãdumq; præbuisse. Sic deinde cæteros oẽs hysteropomos appellatos facere instituisse. Sunt qui dicant morem hunc ante aristinum fuisse & antiquum morem esse. Mirari ergo non oportet: si romani quoq; eos qui semel sepulti mortuoꝝ numerũ tenuissent limen ingredi prohiberent. Quippe qui uel egeedientes rem diuinam faciunt: & sacrificio facto ingrediuntur: sed desuper per in pluuiam descendere iubebãt piacula plane omnia sub diuo obire consueuerunt.

Cur iſtititũ eſt : ut mulieres cognatos ore oſculentur. An ut multi putant: ꝙ his uini uſus iterdict⁹ eſſet: & iccirco ne bibẽtes laterent: ſed domeſticorum congreſſu redarguerentur oſculandi conſue tudo inducta eſt. An probabilior huius rei cauſa eſt quam ſcripſit Ariſtoteles. Illud.n.iam uulgatũ & quod iampridem hæroicis temporibus factum fuiſſe dicitur. In italia mulieres troianæ ut uidet̃ facere auſæ ſunt: Nam cum ad italiæ littus appuliſſent : & uiri ad unum omnes relictis nauibus in terrã deſcendiſſent naues incẽderũt quod diuturni ac longi erroris eas pertæſum eſſet & maris tæderet: metu deinde uirorum pauidæ propinquos ac domeſticos complexæ oſculando ac blande appellando ut cuiꝗ occurriſſent: facinoris conſcientia ſalutabant: hoc pacto mitigatis animis & in ter ſe reconciliatis: manſit poſtea cõſuetudo ut hac inter ſe comitate uterentur. An magis hoc tri butum eſt mulieribus quo ſimul & honore & poteſtate augerentur: ſi multos cognatos ac propin quos habere uiderentur. An quod cognatorum conubiis lege prohibitis: hoc comitatis genus ad oſculum uſque proceſſit: & hoc ſolum cognationis ſignũ: & cõmunicatio relicta eſt. Superioribus enĩ temporibus quæ ſe aliqua neceſſitudine attigiſſent: uxores non ducebant: quemadmodum ne nunc quidem ſorores ſed non ita pridem factum eſt: ut neptas uxoers ducere permiterent: Vir qui dam ſane pauper cæterum bonus: & in primis popularibus acceptus cum neptem cui dos ampla eſ ſet relicta in matrimonium accepiſſet. Locuplex ex eo & copioſus factus ẽ eius rei accuſatus iudi dicio multitudinis abſolutus ẽ: plebiſcitum deinde factum: ut in ducendis uxoribus ad neptes uſꝗ aſcendere liceret: ſuperior enim neceſſitudo prohiberentur.

Quid eſt quod uir ab uxore uxor a uiro dono aliquid accipe prohibetur. An quod ut Solon ſcripſit morientium donationes ratæ ſunt niſi quis inquit neceſſitate coactus: aut ab uxore perſuaſus. ne ceſſitatem.n. quaſi uim afferentem accepit. Voluptatem uero quaſi decipientẽ: ſic uxorũ donatio nes hac uirorũ ſuſpicione nõ caruerũt. An ꝙ uiliſſimũ beniuolentiæ ſignũ donatio ſit. Dant enim & alieni: & qui nõ amant: iccirco hoc dandi lænociniũ ex matrimonio ſuſtulerunt: ut nõ mercena rium ſed gratuitũ & ſpontaneum ſit hoc totũ amare & reclamari. An ꝙ ab aliis accipiẽdo coruptæ alienos admittunt grauiſſimũ uiſum eſt gratis ſuos diligere. An illud potius quod uiri & uxoris rẽ cõmunẽ eſſe oportet: nã qui quod datum eſt accipit. Is quod datum nõ eſt id alienũ eſſe cenſere di dicit: quo fit ut exiguũ inuicem dando totum perdunt.

Quid eſt quod a genero ac ſocero iiſdem aliquid dono capere non licet. An iccirco a genero ne for te per parentem munus ad uxorem redire uideatur a Socero autem quod qui nihil deſiſet eum ni hil accipere par eſſe uiſum eſt.

Cur ſiue ex agro ſiue pegræ domũ redeãt qui uxores domi habẽt aduẽtus ſui nũcios ꝑmittũt: an qđ hoc eius eſſe cẽſent: qui ſe abſente uxorẽ nihil ĩprobe facere ſibi ꝑſuadeat: de repẽte uero & inopi nato ſubuenire inſidiatoris: idcirco uxoꝝ expectationi ac deſiderio: bonis eas nũciis afficiẽdo: ꝗ ci tiſſime ſatis fieri ſtudẽt. an illud potius quod ſcire nimiũ auet. ſi ſaluas domi ac ſui deſiderio affe ctas ſint offenſuri. an ꝙ pluribus domi negociis in adminiſtrãda re familiari abſentibus uiris uxo res occupentur: & cũ domeſticis pleruũꝗ diſcordent ut his omnibus remotis iocũde ac tranquil le ab uxoribus excipiantur: de ſuo eas aduentu prius fieri certior es uolunt.

Cur deos ſalutãtes caput operiũt. Viris aũt dignitate ꝓditis & honore dignis. ſi quo caſu occurrerĩt caput aperiunt. Hoc enim illã quoꝗ dubitationẽ uidetur augere Nã ſi quæ de Aenea feruntur ue ra ſunt. ut ꝓtereunte. Diemede caput operiẽs rẽ diuinã fecerit rõnem habet nec repugnat ut quẽ admodũ in occurſu hoſtiũ caput uelemur: ſic amicis ac bonis uiris obuiã facti capita detegamus. nã quod ad deos ꝓtinet id ꝓpriũ nõ eſt. Sed caſu accidit & ab illo ſeruatũ poſtea mãſit. Quod ſi ali ud dicẽdũ eſt. Vide ne aliud ſolũ quærẽdũ ſit: quãobrẽ deos uenerãtes capita uelent̃. Alterũ uero cõſentaneũ eſt potẽtioribus enĩ occurrẽres idcirco capiũt aperiũt: nõ ut eis aliqđ addãt: ſed ut inui diã potius detrahãt: ne pares diis ĩmortalibus honores poſcere neue eodẽ cultu delectari uideãtur. Deos uero iccirco ſic adorabãt: ut aut operiẽdo capite ſeipſos humiliores redderẽt: aut metu: ne qđ ignominioſum ac triſte ĩterꝓtandũ alicunde auribus accideret. Idcirco ueſtẽ ad aures uſꝗ attolle bant. hoc aũt eos uæhemẽter uitaſſe. ex eo facile perſpici põt: quod oraculũ adeuntes aera pulſari: & ꝗ maximũ ſtrepitũ fieri uolũt: aut illud eſt quod caſtor dicit: mores romanos Pythagoricis cõ parãs geniũ qui uuicuiꝗ noſtrũ ineſt: deos qui extra ſunt rogare: & caput uelando ſupplicare ani mi ſcilicet uelamentum ac reuelationem per corpus quodã enigmagte oſtẽdẽtem.

Quid eſt quod Saturno capite operto ĩmolat. An ꝙ uelandi capitis ritum. Aeneas tradidit. Saturni uero ſacrificiũ peruetuſtum eſt. An illud potius quoniã diis celeſtibus ĩmolãtes uelãtut. Saturnum uero ſubterraneum & terreſtrẽ deum eſſe arbitrantur. An ꝙ ueritas occulti obſcurariue nõ poteſt Veritas autem parentem ac deum Romani Saturnũ habent. Sed quid eſt? quod cum ueritatis pa trem ducũt. An quod ut pleriꝗ philoſophi cenſent ſaturnũ tempus eſſe exiſtimant. Veritas autem tempore inuenitur. An illud potius ꝙ fabuloſa illa ſaturni tempora qui iuſtiſſimus omniũ fuiſſe dicitur. Veritatem maxime coluiſſe uerisimile eſt.

Quid eſt

Quid est q honori aperto capite ré diuiná faciút. An qa splendidú qddá & illustre & apertú ac late patens gloria.quá ob causam honestis ac bonis uiris caput aperiunt eadem adduci uidentur ut eius dem cultus cognomen deum eodem more uenerentur.

Quid est q filii qdé tecto capite parétes efferút. Filiæ uero nudo ac sparsis crinibus:an q pres tanq deos a maribus coli couenit quos tamé eosdé filias luctu psequi magis deceat:utriq; eni quod suu est lex tribuens ex ambobus qd oporteret & deceret efficit.an ea lugenti accómodata sunt q sunt inusitata: cósueuerunt aút magis operto capite mulieres ut uiri cótra apto in publicú pdire.apud Græcos eni si quod aduersi acciderit. ut mulieres tonderi.sic uiri comas alere cosueuerunt qd uiri tondere mulieres uero pmissiores habere crines moris est. An filios ob eam quá diximus causam uelari mos est.Nam ut Varro dicit:Fili sic sepulchris parentú obseruatur.quasi deoꝝ templis pari cultu utrosq; uenerantes.quoꝝ in bustis cú primú in os aliquod in ciderint:eú qui mortuus sit in deorum numerum relatú esse dicunt:mulieribus aút ne aperto qdem capite omnino est licebant. Est enim pditú memoriæ.So.Carbiliú primú Romanoꝝ oíum sterilitatis causa uxoré repudiasse Hunc secutus Sulpitius Gallus idcirco uxori núcium remisit. qd eam in caput uestem deducere animaduertisset.idem fecit.P.Sempronius.quod eius uxor ludos funebres spectasset.

Cur terminú cui terminalia faciút deú putátes:nihil ei animatú sacrificát.an qd termios Romulus agro statuit:quo pgredi:ac uicinos mulctare licitú esset : atq; oém agrum pprium existimare quo ut Leucó dicit hasta pueniunt. Numa uero Pópilius Vir ciuilis ac iustus:& in primis sapiens agri terminos cú finitimis cóstituit:& ipsis finibus terminú oís causa noíans qsi præsidé & amicitiæ ac pacis custodé ab omni cæde:ac sanguine & incontaminatú cóseruari oportere existimauit.

Quid est quod ancillis ædem Matutæ ingredi fas nó est. Vná uero tantú mulieres introducút:quá alapis cædunt.an qa hanc uná ita pulsari signum est seruas additu phiberi. Reliquas auté ppter fabulas repellút.Ino eni uirú ré cú serua habere suspicata filiú deperiisse dicit. Seruá uero Græci ex ætolia oriúdá fuisse dicút:noíe antipherá.Ex quo apud nos in Cheronea pro æde Matutæ ædi dituus lorú tenés pnúciat.Nó Seruá ingredi.Nó Seruú.Nó ætolú.Nó ætolé.

Cur apud hanc ipsam Deá suis quidem filiis bona nó optát.Cú nepotibus id tribuant: an quod Ino miti quodá & humano ingenio esse:& sororis filio mámá pbuisse.in filiis uero infœlix extitisse uidetur.an aliter potius:quod moralis & pulchra in primis cósuetudo:& multum inter necessarios beniuolentiæ comparás existimata est.

Quid causæ est qd pleriq; copiosi & locupletes substátiæ suæ decimá Herculei offerebát.an qd ille quoq; in palatino boú quas Geronæ abstulit:decimá ímolauit.an q romanos ab ætruscis decimari solitos liberauit.an hæc historiá:nec oíno uerá nec uerisimilé habét.Herculi uero tanq edaci & solédido plixe atq; opipare parabát & sacrificiú faciebant.An illud potius quasi odiosas ciuibus & molestias nimias diuitias cóminuétes & ut bonæ corporis habitudini ad súmú puectæ aliquid detrahétes eo pacto maxime coli Herculé existimabát qué idcirco luxuriá coercere & cópri mere delectaret : quod ipse paucis contentus tenuiter cótinenterq; uixisset.

Quid est q romani ianuariú principiú anni faciút antiqs eni tpibus martius primus oíum numerabat:quod cú multis signis pspici pót:tú eo maxime q qntú a martio & sextú.& reliquos deinceps usq; ad extremú a martio numerát.Decébré eni nouissimú appellát a martio.s. recéscétes : ex quo nunulli opinati sunt ueteres romanos nó duodecim sed decé mensibus annú cóplesse ; & ob eá ré quibusdá mésibus pluris q triginta dies adidisse.Sút qui monumétis mandarint decébré a martio decimú cóputari húc & deinceps subsequi Ianuariú.Februariú eé in quo & purgationibus utútur & mortuis parétát anno finiéte.Húc postea ordiné cómutatú eé cóstat:& ianuariú primú omniú numerari cœptú:quod primo huius mésis die qué kalédas ianuarias appellant:primi cósules exactis regibus creati sunt.Verisimilius illud qd qdá dicút:Martiú a Romulo primú oíum fuisse numeratú:q hó acer ac bellicosus atq; adeo belládi amore insanus.Marte satú se existimás parentis sui cognomé cæteris mésibus pponendum eé césuit.Numa pópilius deinde uir pacatus & pacis atq; ocii studiosus cú ciuiú aíos a bello ad agriculturá traducere cótédisset ianuario iter méses principatiú dedit.& ianú quasi ciuilé & agriculturæ magis q rei bellicæ studiosum ad súmos honores cultúq; puexit.Sed uide ne numa pópilius magis cósentaneú naturæ qtú ad nos attinet principiú anni sumpserit oíno enim eoꝝ quæ in circulo circúferunt nihil est quod natura: aut extremú sit aut primú sed lege factum:ut aliud alii statuát anni principiú:optime uero qui post hibernú tropicú annú inchoát cú sol finé ulterius progrediédi faciat rursus ad nos se recipit.fit eni naturale quodámodo huiusmodi principiú:quo & lucis tépus nobis auget.tenebrarú uero & noctis diminuitur.Priocipes deniq; & totius substátiæ flnxæ auctor proprius accedit.

Quid est q Floræ quá boná deá nominát omni floꝝ genere téplú exornátes mulieres domú myrtos nó importent.Præsertim cum ambitiosus cunctis germinum : ac florum uarietatibus uti soleát.an illud é quod a fabulatoribus dr Florá flauii diuinatoris uxoré fuisse.quæ cú uino cláculú

uberius uteretur dephẽsa myrteis uirgis ac flagris a uiro cæsam fuisse dr̃:inde factũ eẽ ut myrtus in eius ædẽ nõ inferatur. Vinũ tm̃ cũ mulieres ei bibãt:lac appellãt. An quod a multis tũ uero reb⁹ Veneris castæ ac pure sncrũ illud obeũt:nõ solũ enĩ uiros excludũt:sed cũ solẽne sacrificiũ faciũt qcquid masculũ est domo exigũt.myrtũ igitur quasi. Veneri dicatã religiosam habẽt. Nã quã nũc murciam uenerẽ nomĩnãt antiquitus ut uidetur Myrtiam appellare cõsueuerunt.

Quid est ꝙ latini Picũ uenerãtur:& eo uæhementer abstinẽt. An ꝙ picũ uxoris ueneficio mutatũ ferũt.auẽ deinde factũ oracula ædere:& interrogãtibus respõdere solitũ.an hoc cũ incredibile: tñ mõstri plenũ existimãdũ & altera fabula multo est uerisimilior. Romulo ac remo cum regis iussu expositi essent nõ modo lupã mãmas infantibus ꝓbuisse. Sed picũ quoq; ad infantes uentitasse atq; eos aluisse. Nã nunc quoq; locis nemorosis ac siluestribus in quibus crebro Picus appareat. Lupum uersari animaduersum est.an illud magis ut aliã alii deo auẽ:sic picũ Marti sacrũ putauerũt. Est enĩ natura fidẽs & elatus atq; audax rostrũ quidẽ adeo firmũ habet:ut robora subuertat: cum trũcũ sæpe pulsando ad medulã usq; ꝑuenerit.

Cur ianũ bifrontẽ esse autũmãt.sic enĩ eũ & fingunt & pingunt:an ꝙ græcus perræbus fuit: sic enĩ monumentis proditũ est is post eã cũ in italiam traiecisset:& apud barbaros cõsedisset. Linguã simul cum uictu cõmutauit.an illud potius ꝙ italos agrestes ac barbaros ad humanitatẽ uitæ cultũq; traductos:& agros colere:& rẽpublicã administrare instituit.

Quid causæ est:quod in æde Libitinæ quæ ad sepulturã ptinẽt uẽdere cõsueuerunt Libitinã nihil aliud nisi Venerẽ esse existimãtes:an hoc unũ ex Numæ Põpilii cõmentis fuisse putãdum est. Vt discãt hoĩes talia nõ aspernari:nec tanq̃ rem polutã aut sceleratam fugere. An ea re hoĩes fragilitatis & imbecillitatis humane admoneri putant:quod una & eadem Dea principium ac finem uitæ in potestate habeat quicpe quæ ingredientibus uitam uel de decentibus præsideat. Delphis enĩ epitymbiæ ueneris exigua sane statua posita ostenditur:ad quam.manes ad parentationes. & libationes & elicere & euocare consueuerunt.

Cur tria mẽsis principia: & dies quasi quosdam legibus ꝓstitutos habent: qui dierũ idem interuallũ in medio capiunt. An illud uerũ est quod iuba in historia scribit. Magistratus kalendis populũ uocare:& in quartũ diẽ nonas indicere solitos esse. Idus enim diem religiosum putabãt. An illud magis quod lunæ uarietatibus tempora describentes tris oĩno singulis memsibus lunæ mutationes fieri animaduertebant primã cũ soli congressa penitus ocultatur Deinde cũ soli radios ac lumen elapsa ab occasu incipit apparere. Postremo cum solaribus radiis collustrata plenilunium efficit Nominãt aũt lunæ occultationẽ cum.s.nõ apparet kalendas quicqd occulte fit clam fieri & celeri latine dicitur Primã uero nonas appellant iustissimo quidem nomine nouum uocant. Idus aũt aut propter speciem & undiq; collucentis lunæ pulchritudinem aut cognomen illud Ioui attribuẽtes. Sed certissimũ dierum numerum exequi non oportet:nõ ex eo quod parum abest calunniari. quandoquidem uel hoc tẽpore quo ad summũ astrologiæ peruentũ est. Inæqualitas tamen temporum mathematicorũ pitiam uincit:& eorum numeros supputationes sæpissime fallit ac fugit.

Quid est ꝙ postridie kalẽdas nonas. Idus nec quoq; exire. nec pegre proficisci cõsueuerunt.an ꝙ ut plurimi censent:& Liuius auctor.est post idus quintiles quas nunc iulias uocant. Tribuni militum eductis copis da aliam fluuium a Gallis superatis urbẽ funditus deleuerunt quem diem:cũ postea religiosum habuissent:& procedente tempore ut fit mos inoleuisset eadem supstitio tantũ ualuit ut diues postridie klendas:ac nonas similiter religiosi haberentur. An hoc multis modis absurdum est Alio enĩ die apud Aliã male pugnatũ est.quẽ Aliẽsem a fluuio nominãtes infaustũ habẽt Romani. Cũq; multi religiosi sint dies aut quaq̃ singulis memsibus homonii mos obseruãt. Verum unum queq; diem in quo tunc calamitas accidit ei qui postridie nonas & kalendas sequitur adsistere.ut omnẽ pari superstitione inuoluatur nullam uero similitudnem habere. Vide igitur ne quemadmodum primũ mẽsem diis cœlestibus consecrauerunt. Secundum uero inferis in quo & purgationibus quibusdam utuntur.& mortuis parẽtant:sic & dies alio quidem quasi auctores ac principes ut dictum est.tris. scilicet festos & sacros posuerint eos autemqui deinceps sequuntur. Diis manibus atttibutos religiosos & infaustos habendos existimauerim. Græci enim kalendis deos uenerãtes eum qui sequitur:Semideis ac demonibus attribuerunt. Secundus quoque crater Semideis.& heroidibus libati solet omnino numerus quidã tẽpus est. Principiũ ẽ enim unitas quã secutus binarius unitati aduersatur & parum primus est numerus.par uero indigens quidem in perfectum & indifinitum quem admodum rursus impar terminatus est & terminat ac pfectus est quo fit ut nonas quinto pot kalendas die subiiciant:Idus aũt nonis nono post die demum numerent:Terminant enim principia ĩpares numeri qui uero principia excipiunt.pares deinceps numeri.nec uim habent ullam nec ordinem quo fit ut his nihil agere instituãt.nusq̃ exeant aut pegræ.pficiscantur:quo loco illud Themistoclis impetere alienum nõ fuerit.diem qui postridie diei festu fuissent cum die festo litigasse:illũ.n.multũ negocii ac laboris habuisse:se autem efficisse ut quie-

te & ociose rebus partis pfruerétur hoies tũ dies festus.ne tu quidé uerũ dicis nisi eni ipse fecisse tu nõ fuisses.hoc Themistocles aduersus eos qui post eũ ab Atheniẽsibus iperatores facti fuerant dixisse fertur futurũ fuisse ut eoꝝ nemo cognosceret nisi ciuitaté ipse cõseruasset: qm̃ igitur oĩs studiosa peregrinatio atq; actio apparatus & administrationis indiget. Veteres aũt Ro.dieb⁹ festis nihil oĩno negocii agebát ut prorsus curabát:sed rebus diuinis penitus dediti erãt:idq; sic agebát. ut nũc quoq; sacerdotes rem diuiná facturi ꝑponere & edicere cõsueuerũt iure optimo statim.n: peractis festis exibant uacui omni cura ac negocio.nihil agebát quippe qui essent íparati:atq; illũ diem ea quæ uisui essent excogitãdo in apparatu cõsumebãt. An sicut etiã nũc factis uotis deo uenerari in tẽplis sedere ac pmanere cõsueuerũt sic nõ cõtinuo dies operosos diebus sacris & feriaſ subiiciẽdos putauerũt:& aliquid interualli intercedere uolebant.ꝑsertim cũ præter opinionem ac uoluptatem molesta ac grauia persæpe in uita accidere soleant.

Quid ẽ ꝙ in luctu mulieres albis uestib⁹ íduunt.an ut magos aiũt aduersũ orcũ ac tenebras instructos claritati ac luci seipsos cõparátes hoc facere putãdũ est:an quẽadmodũ mortui copus albis uestibus induanti & propinquos idé facere uolunt.Corpus autem idcirco sic ornát : quando animũ non possunt quem puꝝ ac splendidum deducere uolũt.quasi iam emeritum & magno ac uario certamine liberatum:An tenuitas his in rebus ac simplicitas maxime decet: infecte autem uestes tũ superfluitatem præ se ferunt tũ alegantiam ac sumptũ:Non enim minus aduersus nigrum quam pupureum colorem illa dici possunt:Dolosæ uestes dolosi uero etiam colores:duod autem sua spõte nõ arte nigrũ est.natura tinctum est:& opaco admixtũ uincitur.Solum igitur albũ sincerũ ac puꝝ ac minime inquinatũ est.Quare mortuis aptissimus defũctus enim Simplex quiddá factũ ẽ purũ & omni cõmixtione uacuũ:nihil plane aliud nisi quodá quasi tinctorio ueneno sic copore liberatus.Argis uero í luctu uestes albas íduunt:ut Socrates dicit aqua ablutas.Quid est ꝙ omnes muros sanctos putát portas nõ ité.An illud est quod a Varrone scriptũ est:Murũ quidé sanctũ haberi oportere ut pro tuendis mœnibus studiose ꝑpugnét ac morté appetát. Sic enim uidet & romulus fratré íterfecisse quod locũ sanctũ & qué trásgredi nefas eét trásire nõ dubitasset: & ꝑphanum reddidisset.Portæ uero cõsecrari idcirco nõ possunt ꝙ cum alia multa ad usum necessaria ex portare atq; íportare:tũ uero mortuos p ea sefferre cõsueuerũt:& quo qui ab initio urbes cõdũt: quátũcũq; loci ædificaturi sunt aratro attingũt cui marẽ boué ac fœminá subiũt:in mutoꝝ uero descriptione cũ portarũ spacia metiunt. Vomeré detrahũt ac sic aratrũ trásferũt quasi quicquid exaratũ sit sacrũ & inuiolatum futurũ esse uideatur.

Quid est ꝙ pueros & herculeũ iurát id sub recto facere ꝑhibẽt:& sub diuũ ꝑgredi iubent quod ut sub diuo faciá ideo exire iubẽt.an ea cá est quá multi afferũt.herculem non umbra atq; ocio sed labore ac ꝑiculis delectũ nõ domi sed foris ac sub diuo uitam egisse. an illud magis quod is deus non indigena.sed externus & aduena est habitus.nam nec Dionysiũ iurant sub tecto externum & ipsum deum.si quidem est.dionysius. An hæc quidem dicunt & ioco apud pueros adhibẽtur ut aliud ocultius agatur.nec pueri sed temere í suescát deierare.Sic enim Fauorimus aiebat:Hoc eni q̃si de industria morá efficit.& deliberandi dat spaciũ:Fauorinũ uero recte putasse nec cõe sed ꝑpriũ huius dei hoc quod fit existimasse ex his qnæ de hercule ferunt facile coniici potest.ferunt enim hunc in primis religiosum fuisse & ad iusiurandũ uerecundissimum quippe qui semel in omni uita iurauerit.idq; soli phylæo Augei filio quo circa Pythiá hoc iusiurádi genus Lacedemonis ꝑpo suisse.Satrus ac melius illis fore si absq; iureiurando affirmassent.

Quid est ꝙ nouam nuptam ipsum limé trãscẽdere nõ permittunt.An ꝙ qui primas mulieres rapuerunt sic eas domibus intulerũt:nõ ipse ingressæ sunt. An eo inuitæ ingredi uideri uolunt ubi pudicitiam sunt amissuræ.An ꝙ potius signũ est ipsam sua sponte domũ exitura nec suos relicturá fuisse nisi cogeretur quẽadmodũ ui coacta ingressa esset. Nam apud nos quoq; in boecia currus axem pro foribus comburunt significantes sponsam intus manere oporteret:tanq̃ eo sublato qđ eam asportaturum fuerat.

Quid causæ est ꝙ sponsam introducentes iubent dicere ubi tu Caius ego Caia.an ita cum uiro q̃si depascitur ut oĩa coĩa sint & pariter imperent:nec aliud his uerbis ostenditur:nisi ubi tu dominus ac domus compos sic ego domus domina atq; hæra.His auté uerbis & aliis utunrur cõmunibus quẽadmodum.Legulei.C.Seiũ Luciũ Ticiũ usurpare solent.& philosophi Dioné:Theoné.An magis ꝑpter Caiá honestá sane mulieré ac boná uni ex Tarquinii liberis collocatam:cuius in sanctæ templo statua ex ære posita est.inerant iampridem & Sandalia & colus pudicitiæ & industriæ suæ certa monumenta.

Quid est ꝙ in nuptiis Talasii nõmé crebro iactatur. An ꝑpter Lanificiũ quod q̃silũ uocát Romani.& sponsam introducẽtes pellem substernũt:ipsa uero colũ secum insert & fusum. Viri ante ianuá lana coronat:accingit.An illud uerum est quod historici tradiderunt.Adolescenrem quẽdá in rebus belicis strenuũ:& in primis præclarum:& alioquin uirũ obtimũ Talasium nomine Romæ

fuisse. sed postea qui. Romani. Sabinorum filias que ad ludos uenereāt de cōposito rapuissent. Virgo egregia specie. Talasio ferebatur a popularibus quibusdā & Talasii clientibus clamitantibus quo tutius eā auferēt. nec quisq̄ accedere. qui eā abstraeret uiolaretq; puellā Talasio ferri. Reliqua igitur multitudo Talasii honoris causa bonis oībus ac uotis puellam ꝓsecuta ad Talasium deduxerunt: ex illo qm̄ nuptiæ fœlices fuissent sollēne permāsit ut quēadmodum: Græci hymenæum ita. Latini Talasium omnis causa in nuptiis nominarēt.

Quid est quod Mai mense circa pleniluniū de ponte subiicio simulacra in Tyberim iacentes argeos que deiciuntur appallant: An quod antiquis tēporibus barbari ea loca incolētes græcos quos cæperāt eo pacto interficerent. Herculē uero postea admirati ab hospitiū & extrenorū cæde abstinuerunt. docti ab eodem ut ueterē morē ac superstitionē imitantes effigies ī flumē abiicerēt. nā ueteres Græcos oēs argiuos æqualiter appellabāt. nisi ꝓpter uicinitatē argiuos arcadū hostes. Euander existimans qui patriam fugiens ibi consedit odium & amicitiam retinuit.

Cur ueteri more nemo foris cœnitabet præter tiberos qui ætate puerili essent. An Ligurgus ut modeste nō intemperanter & beluarū more: hoc pacto quoq; pueros instituit ad philitia deducens sed uerecūde ac prudenter uoluptates attingerent. cū maiores natu spectatore ac magistros haberent Nec hoc quoq; minoris faciendū quod in libertorū conspectu uerecundiores multo parentes se exhibent & modestiores. Nam quemadmodū præclare a Platone scriptum est. Vbi senes impudentes sint. Adolescentes quoq; turpissimos esse necesse est.

Quid est quod cū cæteri Romani Februario mortuis īferias mittere & parentare cōsueuissēt. Decimus & Brutus: ut Cicero scribit: id Decembri faciebāt: hic enim fuit qui primus Lusitaniā īuasit quippe Lythan Flumen primus traicit. An quēadmodū uesperi & mense exacto multi parētare cōsueuernnt. Sic in fine anni mense nouissimo mortuos honore & inferis prosequebantur. Est autē omniū mensium December extremus. An ꝙ diis inferis honor redderetur quod eum fieri tempestiue uidetur: cū fructus oēs maturitatem sunt consecuti. An ꝙ cū sementē instituentes terrā subīgunt inferorum meminisse maxime oportet. An aliud potius quod is mensis. Saturno a Romanis consecrattus est quē īferorū deorum numero habeant. An ꝙ Saturnalibus quem diem. Romani maxime colūt: quo uoluptari ac genio plurimum uacant. Harum rerum nonnullas mortuis primitias in partiendas putauerunt. An solum hoc mense. Brutum parentare solitum omnino falsū est Nam Larentiæ mense. Decembri ad eius sepulcrum libantes inferias faciunt.

Quid est ꝙ Larentiā uulgatissimū scortū tantope uenerant. Alia est enī hacea Larētia quā Romuli nutricē esse ferūt. huius enī diē festū mēse aprili agūt romani hāc aūt flauiā cognomēto appellatā dicūt. Nobilitata est hāc ob causam edituus quidā herculis ocio ut uidet abūdās: ludo ac texeris diem cōterrere solebat: sed cū forte ita accidisset: ut q̄bus cū ludere cōsueuerat eoꝝ adesset nemo: ociosus ac tristis deū ut secū luderet ꝓuocauit ea lege: ut si uicisset aliquid boni a deo nācisceret. Sinautē uictus fuisset ipse deo cœnā præberet insup speciosā adolescētulam qua cum consuetudine Herecules haberet deo cōpararet propositis tesseris cum & suam & dei uicē iecisset superatus est . ex prouocatione igitur opiparam deo mensam parauit: & Larentiā publicū: tum tpis scortum adhibuit. & in templo discūbere iussam clausis foribus reliquit. Ferunt aūt noctu cū muliere cōgressū nō humanitus ubi illuxisset mulierē in foꝝ progredi iussisse & cuicūq; primo occurrisset hinc aīum adhibere: & amicū sibi adiungere Larentiā statim surrexisse hoī locupleti occurrisse natu iā grandi ac cælibi: cui Taurutius nomē est: qui mulieri matrimonio cōiunctus & uiuus rei familiaris ꝑtātem ei fecit: & moriens testamento heredem reliquit.

Quid est ꝙ portā unā fenestrā appllant apud quā fortunæ thalamus qui dicitur positus est. An qa Seruius Rex secūdissima fortuna usus cū filia rem habuisse creditus est: cū per fenestrā ad eā penetraret. An hoc fabulosum: illiud autem uerū Tarquinio prisco Romæ regnantem cū a pastoribus occisus essent Tanaquil eius uxor mulier sane prudēs & fortis p fenestā populum allocuta: multitudini ꝑsuasse dicitur. ut Seruiū regē declararent: ex eo factū est ut locus ille ita appellaretur.

Cur ex oībus quæ diis īmortalibus offerunt sola spolia negligunt: nec uetustate cōsumpta resarciunt aut reficiūt. An iccirco hoc faciūt ut cū primis illis gloriā antiquatā esse ac delatā putent nouum aliquod ac recēs uirtutis monumentū cōsequi ac parare studeant. An istud uerius quod cum inimicitiæ aduersus hostes signa tpe obscurent: ipsos ea renouare īuidiosum & acerbū eē cēsent. Nō enī qui primi apud græcos æneū: aut Lapideū tropheū statuerūt: magnopere probati sunt.

Quid causæ est ꝙ Metellus pōtifex maximus fact⁹: alioqn prudēs ac ciuilis post sextilē mēsem qui nunc Augustus dicit uetuit auspicari. An ꝙ quēadmodū de īcipiēte aut crescēte sic mēsis initio ac īcremēto hæc agimus. Reliquos aūt tanq̄ ociosos & oī actione uacuos seruamus: sic post octauū: reliquū anni tēpus quasi uesperā quādā etiā inclinātis & senescētis anni crepusculū putauerūt. An ꝙ adultis & ꝑfectis auibus auspicādū. Sūt aūt huiusmodi anteq̄ æstas aduenerit: autūno enī aues aut imbecilles sūt & morbidæ: aut pulli & impfectæ. aliæ uero ꝓpter anni tēpus alio deuolant.

Cur his qui sacro nō tenentur:licet in castris uersentur: tamen nec hostes prelio lacescere nec ferire fas erat quod Cato senior in quadam epistola ostendit ad filium scribens.Monet enim si missus factus sit & militie tempus compleuerit ad urbem ut redeat aut si remanere in exercitu uelit ab Imperatore impetret ut sibi aduersus hostem pugnare & cum interficere liceat. An ideo est institutū quod nisi necessitate coactū hoīem occidere non liceat quod qui nec legitīe nec iussus faciat homicida habendus sit.Idcirco Chrysantem laudauit Cyrus quod hostem interfecturus cū iam gladiū sustulisset & īterim receptui cani audisset hosté omisit.& quasi prohibitus ictus abstinuit. An qui cum hoste congressus pugnam conseruit:si formidine captus trepidauerit mulctandus est.non enī hostem feriendo ac sauciando tātū profuit:q̄tum fugiendo aut se recipiendo nocuit.Quicūq; igit̄ missus factus militiæ sacramæntо amplius non tenetur:qui uero ut ea sibi agere liceat quæ militātium sunt petit.Iterum se & legit & īperatori obnoxium facit.

Cur Iouis sacerdoti sub diuo ungi fas non est.An quia nec liberos coram parentibus nudari:nec soceros cum generis lauari nec honestum nec fas esse existimabant.Pater autem est Iuppiter:& sub diuo in conspectu esse quodammodo Iouis putandū est.An sicut in templo & sacro corpus aperire nefas est:sic æré apertum.& qui cœlo subiectus est deorum ac dæmonū plenum uerebātur. Quo fit cū necessitati seruiēdum est:multa sub tecto occulte deorum conspectū ueriti homines faciant Sed alia soli tm̄ sacerdoti:alia omnibus per sacerdotem lex iussit.Quapropter apud nos quoq; coronam gestare comam prolixiorem ferre armatum ingredi: phocensium argros non inuadere:priuata sunt eius qui magistratum gerit:munere & officio: uuam autem ante æquinoctium autumnale non degustare? sicut nec ante uernum æquinoctium uitem incidere per magistratum coīter omnibus edicitur.Nam utriusquā rei tempus illud est: eodem pacto apud Romanos quoque sacerdotis proprium est:ut nec equo utatur:nec plus quuam tribus noctibus ab urbe absit:nec pileum deponere:ex quo flamem dictus est:quamquā & alia permulta sunt quæ per sacerdoté oībus ī dicuntur:ut est illud sub diuo non ungi:nam nisi prius lauissét:Romani ungi moris non erat nec aliud quicquam Græcis seruitutem ac moliciem attulisse putant Romani q̄ gynnasia:& palestram quibus relanguescant adolescetium animi: & penitus effœminentur:hinc puerorū amores gigni hinc sono & deambulationibus iuuenū corpora corrumpi hinc saltationibus & motu cōposito.& certo ac delicato cibi genere delibitari quibus de causis ab armis se delapsos esse non intellexerūt: contentiq; prostrenuis ac fortibus militibus se bonos palæstritas & Athletas.bonos dici & haberi ad summā inertiam moliciemq; defluxerunt hæc igitur siquis effugere studet: in puluerem prodire:& sub diuo manere oportet. An qui domi & in umbara balneis & unctionibus molliter se curant:hæc omnia subire necesse est.

Quid est q̄ ueteris nūmi altera pars Ianum bifrontem impressum habuit:altera prorā nauis aut pupim.An ut multi putant honoris causa Saturni:qui naui in italiam traiecisset.An hoc uulgare est ac de multis dici potest:nā & Ianus & Euadenter & æneas nauibus in italiam prouecti sunt:sed illud potius quispiam coniiciat:alia esse in ciuitatibus quæ pulchra : aliaquæ necessaria: maximum uero atq; omnium pulcherrimū iudicari bonitatem legum:longe uero ex oībus necessario esse copiam & ubertatem:quoniā uero Ianus feros homines ad māsuetudidiné traducés optimis legibus informauit. necessariam uero rerū affluētiam fluuius nauigabilis suppeditat & partim ex agro ac uicinis locis:partim & longinquis:ac mari deuehés: nihil quod ad usum ptineat desiderari patitur ideo minus ita signatus est:& ut legis latoris duplicem fronté propter uitæ cōmutationem: ut dictum est:& imaginé fluuii propter nauiū præ se ferat. Altero quoq; usi sunt nūmo ouem bouéq; insignitum habente:quod quidé nūmi genus erat insigne:& in primis documento: ueteres gregibus & armentis abundasse quippe quorum omnis substātia in illis esset collocata:quo fit ut multi apud ueteres syellii bubulci porcii appellati sint.ut fenestella auctor est.

Quā causam esse dicemus quāobrem Saturni ædé pecuniæ publicæ sacrariū esse uoluerunt.Nam ærarium : est & tabulas publicas in eo seruant:& ex eo tabularium dicunt. An q̄ fama obtinuit, Saturni tp̄e nec auaritiā nec improbitatem usq; in hoībus fuisse:sed iusticiam & fidem.An q̄ fructuum inuentor: & argriculationis auctoris deus fuisse memoratur : falx enim id significat : nec illud quod scripsit an imachus Hesiodū secutus credendū est: obliqua uero falce p̄ris Celii pudenda Saturnus secās cōtra steterat fructuū uero copia ac uenditio pecuniā gignit:quocirca fœlicitatis custodem & causam hunc habent deum.Testimonio sunt nundinæ:quæ cū nihil aliud sint nisi cōuentus ex agro in urbé:nono quoq; die cōuenientiū saturno cōsecratæ sunt emendi enī ac uendendi copia fructuum pricipium attulit:an hæc iā uetustate absoluerūt:primus autem omniū Valerius publicola exactis regibus ædem Saturni erarium declarauit:loci oportunitate deductus.qué & apertum & ab īsidiis tutum:& in primis munitum animaduertit.

Quid est q̄ legati undecūq; romam uenerint ædem Saturni primo adeūt:deinde a præfectis ærarii: nbi omnia ediderunt rescribūtur.An q̄ Saturnus ipse externus extenis hominibus delectatur.An

hoc historia refellit. Antiquitus enī ut uidetᷣ: quæstores legatis munera mittebāt: quæ lautia dice-
bātur: & ægrotos curabāt: qui si morbo interiissent sumptu publico sepeliendos curabant: nūc au-
tem ꝓpter multitudinem legatoꝝ sumptus sublatus est. manet autē ut p̄fectos erarii adeāt q̄bus
nomina snut edant ac scribi faciant.

Cur flamini diali iurare nō licet. An quod tormēti genus quoddā est hoī libero iusiurādū Flaminis
autē corpus & animū intactū inuiolatūq̨ eē oportet. An ꝙ parua in re ei fidē nō habere absurdū
est. Cui diuina ac sūma credita sunt. An ꝙ oē iusiurādū in ꝑiurii terminat īpræcationem: execra-
tio uero omnis tristis & abominanda: unde ne aliis quidem imprǽcari flamines solent: laudata est
igitur Athenis sacerdos illa quæ populi iussu adduci non potuit ut alcibiadē execraretur: dixit enī
præcādi se causa non imp̄candi Sacerdotio p̄ditā fuisse: an cōmune oīum periurii periculum est:
si homo īpius ac periurus: uota pro ciuitate suscipiat.

Quid est ꝙ uenerabilius qui est dies festus multū uini ex tēplo ueneris ꝓfundūt. An illud est quod
multi dicūt mezentiū hetruscoꝝ ducē ad Aeneā misisse: qui cū eo fœdus facerent: ut quot annis
certum uini numerū ab eo acciperet: quod postea cū Aeneas poscenti negasset pollicitū thyrenis
ferūt: si p̄lio uicisset uinū daturū: re cognita æneādus īmortalibus uinū cōsecrasse post uictoriam
deinde collectū templo ueneris effudisse: an hoc quoq̨ signum est: diem festū sobrie agi oportere:
ꝙ dii longe magis uini effusione q̄ ingurgitatione gaudeant.

Quid est ꝙ ædē hortæ maiores ꝑpetuo aptā eē uoluerūt. An quēadmodū Antistius labeo ait: cū sit
hortari incitare: deā quodāmodo ad res pulchras adhortari atq̨ incitare: quæq̨ horta diceretᷣ: qua-
si aliq̄d semꝑ operantē ac nunq̄ cessantē: nunq̄ clausam eē oportere putauerūt. An potius ut nunc
eā nomināt Liorā ꝓducta priore syllaba circūspectā quādā & ꝓuidā deā: quā cū res hoīum curare
& cōseruare existimarūt secordē aut negligētē minie putarūt. An quēadmodū & alia: & sic & hoc
nomē græcū est: & deā significat quæ rebus humanis p̄sit & p̄sideat. Vn̄ tanq̄ in sōniis acꝑ uigiliis
perpetuo patebat eius templū. Et tn̄ si labeo Liorā αποτου παροpμαν hoc est ab incitādo recte
dici putat: uide ne orator suasor quidā atq̨ adhortator in cōsiliis atq̨ in cōcione. sic appellatus fu-
isse dicendus. Nō ut nōnulli a præcationibus ac uotis.

Cur ædem uulcani Romulus extra urbē posuit. Vtrū ꝑ uulcani suspicionē: ut in famulis est. Aduer-
martem de uenere martis filius babitus deū eadem domo: & eadē urbe uti ꝓhibuit. An hoc stulti-
us ædificauit autē ab initio curiā & concessium secretū sibi cum Tacio simul regnāte: quo cum se
nioribus ac patribus cōuenientes: sine ulla molestia & interpellatione de sūmis rebus per ociū cō-
sultarent. An illud potius cū ad incendia superiori tēpore urbs exposita esset. Vulcanum quidem
colendum. Sed tamen urbe excludendum existimauit.

Quid est ꝙ consualibus equos & asinos coronis exornāt & ociari sinūt. An ꝙ neptuno equestri diē
festum agūt. Asinis autē ꝓpter equū pari fruitur licentia. An illud potius ꝙ instituta nauigetione
cum multa nauibus ueherentᷣ ociū quoddā ac remissio iumentis data est.

Cur cādidetos moris erat in ueste hoc facere sine toga. Sic enim scribit Cato. An forte ne ciues lar-
giēdo corrūpāt argentū sinu ferētes. An illud magis quod īperio dignos nō genere: nō diuitiis: nō
gloria: sed uulneribus ac cicatricibus iudicabāt: quæ quidē ut ab his quos ambiēdo præhēsabant
cōspicerentᷣ sine toga ad petendū descendebāt. An quēadmodū in accipiēdo rogādo se oībus sub-
mittendo: sic corpus nudādo ac seipsos abiiciēdo populū captabāt.

Quid est ꝙ flamē dialis mortua uxore sacerdotio se abdicat. Sic apud Teium scriptū est. An ꝙ qui
uxorē ducēs post ammisit: eo qui nunq̄ dixit: musto est infœlicior: eius enī qui uxorē duxit domus
integra est. eius autē qui uxorē in matrimoniū acceptā ammisit: nō solū impfecta domus est: sed ī-
munita prorsus ac māca. An eodā tꝑe uxor una cū uiro cōsecratur: quēadmodum multa sunt in sa
cris quæ absente uxore agi nequeūt priore autē amissa: alterā statim superducere tū difficile est: tū
uero iniquum atq̨ impium.

Quare nec uxorē repudiare antea licebat: nec nūc q̄dē ut uidetᷣ: licet q̄q̄ nr̄is tꝑibus ꝑmisit Domitia
nus. Sacerdotes aūt diuortio affuerūt: multa sane horrēda atrocia tristia ꝑagentes. Sed hoc minus
mirum uidebitᷣ: siq̄s hoc quoq̨ ex historia adiūxerit altero ex cēsoribus mortuo alterū a magistra
tu se abdicare oportebat. Mortuo enī Liuio druso collega eius. Scaurus æmilius magistratu se ab-
dicare minime uolebat: donec Tribunoꝝ iussu in carcerē ductus est.

Cur laribus quos ꝓprie p̄sides uocāt canis assistit. Ipsi autē canū pellibus uestiuntᷣ: an ꝙ p̄sides sunt
qui p̄sunt: hos autē domus custodes eē oportet & alienis formidolosos: sicut canes uidemus. Mites
uero ac lenes māsuetosq̨ domesticis. an illud uerius est quod a q̄busdā romanis dicitᷣ: & chrisippus
opinatur. Dæmonia quædā mala circūire quibus diis quasi carnificibus & scelerum ultoribus ad-
uersus iniustos & impios utuntᷣ: sic leres furiales quidā sunt & pœnarū & exactores uitæ & opera
tionum speculatores. Iccirco enī fit ut caninis pellibꝰ induantᷣ: quibus & canis ideo assidet: ꝙ ad ī-
uestiganda scelera & ulciscendo improbos sagaces sint.

Cur sene

Cur geneciæ manecinæ rem diuinam faciunt:& optant neminé domi naſcentiũ bonũ euenire? An ꝙ dea eſt genecia:quæ corruptibiliũ rerũ generatiões ac fœtus ꝓcuret. Fluxũ enĩ quédá nomen ipſum ſignificat & generationé ut igit̃ ꝓſerpinæ græci:ſic Romani geneciæ pro iis qui domi naſcuntur canem ĩmolant. Socrates autem dicit canem apud argiuos cloniæ propter partus facilitatem ĩmolari:poculum uero quod in præcatione adhibetur:non pro iis inſtitutum hominibus qui domi naſcuntur:ut eorum bonus euadat nemo:aſperos enim & formidoloſos canes eſſe oportet: an illud potius ꝙ inutiles & elati mortui dicunt̃ uocis obſcure intelligẽtes petere ſe ut nemo domeſticus moriatur:neq; hoc admirari oportet. Ariſtoteles enĩ in fœdere quod cũ Lacedæmoniis archades percuſſiſſe ferunt̃ ſcriptum fuiſſe dicit neminé bonũ facere auxilii cauſa:qui lacedæmoniis ſtuderent tegeatarum:quod eſt neminé occidere?

Cur capitoliis ſpectacula edentes noſtris quoq; temporibus pronũciant. Sardos uenales & quidam irriſione gaudens ꝓducitur puerili cinctus monili:quã uocát bullam. An ꝙ uenientes hetruſcorũ populi diu cum Romulo bellum geſſerunt:& hanc ultimã urbẽ expugnauit Romulus & multos captiuos una cum rege ꝓnunciauit. Leuitatem eius ac ſtultitiã cauillatus. Et quoniam Lydi quidẽ ab initio fuerunt hetruſci. Lydorũ uero ſardis caput fuit:iccirco tuſcos hoc modo pronũciauerũt. & in hanc diem ridiculi cauſa hunc moré pro ioco habent.

Quid eſt ꝙ locũ ubi carnes uendũt macellum uocant. An απὸ τὸν μαγείρον. corrupto nomen ut alia multa ſic & hoc uſus optinuit apud latinos enim. k. cum. g. magna quadã cognitione cõiungitur. Nouiſſime enĩ. G. Romani adhibuerũt auctore & inuẽtore Carbilio: & qui ꝓpter hæſitantiã linguæ. R. ꝓferre non poſſunt ad. L. delapſi balbutiendo ꝓferũt. An & hoc quoq; per hiſtoriã ſoluendũ. Fertur enim Romæ ferox quidã homo ac ferus cũ latrociniũ exerceret multis occiſis tandem deprehenſus & captus ſupplicio affectum fuiſſe: huic nomen fuit Macello cuius ex pecunia poſtea ædificatũ eſt Macellum & ab eo nomen inditum.

Quid eſt ꝙ idibus ianuariis permiſſum eſt ut tibicines muliebri habitu urbẽ luſtrent. An ꝓpter cauſam quæ dicit̃. Magnis enĩ ut uidet̃ fruebãtur honoribus:qbus illis Numa põpilius pp ſanctitatẽ ac deoꝝ cultũ cõtulerat:his poſtea p tribunos cõſulari poteſtate ſpoliati urbe exceſſerũt: quos cũ uæheméter requirerẽt nã religione tangebant̃:animi ꝙ ſine tibiis rẽ diuinã facerẽt:q̃primũ reuocandos cenſuerũt:ſed cum accerſiti nõ apparuiſſent:at tibure puo ſe initio cõtulerát manere uelle ſe dicerent. Libertus quidẽ clã magiſtratus adiit:ſeq; eos reductũrũ pollicitus eſt:cõuiuio igitur laute & opipare apparato quaſi rẽ diuinã feciſſet tibicines inuitauit. Aderãt in cõuiuio mulieres: nox in ſõnis ducitur:ſaltationibus ac iocis oĩa pſtrepũt. Tũ de repente cũ libertus patronũ adeſſe diceret:& uæheméter perturbatus uideret̃ hoĩbus perſuaſit:ut ſtatim currus cõſcenderẽt pellibus circũtectos:ac tibur puehererẽtur:e ueſtigio hoc autẽ dolo fiebat:nã cum ignaris illis: & per noctẽ ac uinũ nihil cernẽtibus currus circũduxiſſet. oẽs anteq̃ illuxiſſet:romã p̃ter opinioné reportauit. Erant autem eorũ pleriq; ornatu muliebri ꝓpter cõmeſſationem:ac uigilias ornati: ſed poſtea q̃ perſuaſi a magiſtratibus & plane reconciliati ſunt. Inſtitutum eſt eo die ut eodem habitu ornati per urbem inciderent.

Quid eſt ꝙ carmentis ædem matres ab initio ædificaſſe exiſtimãtur. Et nunc deam maxime uenerantur. Ferunt enim mulieres ſenatuſcõſulto uehiculis uti ꝓhibitas intercõſpiraſſe:ne qua earum conciperet:uene pareret:atq; ita uiros ulciſceretur:donec coacti ſẽtẽtia mutauerunt:atq; uti permiſcerũt:natis deinde pueris cũ & multitudine liberorũ & bonitate fœlices fuiſſe uiderentur: carmentis ædẽ ædificauerũt:quã puto euãdri matrẽ fuiſſe dicũt:& in italiã ueniſſe cũ themis uocaretur:aut quẽadmodũ aliqui nicoſtrata:q̃m uerſibus oracula ederet carmentã mutato noĩe uocauerunt. Nã. ταεπη. Romani carmina appellant. Sunt qui μοιραν:hoc eſt ſortẽ & fatũ carmentã putent:& ob eã rem matres rem diuinã facere. eſt autẽ nominis uera ratio. ὑστερημένον Διάτασ θεοφορησεισ. i. mente priuata ꝓpter afflationes nõ carmẽti nomẽ carmina indiderũt:ſed ab ea potius acceperũt:diuino nãq; ſpiritu afflata uerſu. ac metro orabula edebat.

Quid eſt quod Ruminæ rẽ diuinã faciẽtes: hoſtiis lac ſpargere:& libare conſueuerũt:uinũ antẽ nõ adhibẽt. An ꝙ latini Rumã mãmã nominãt & ficũ ruminalẽ:nõ factã ferũt quod ibi lupa Romulo mãmã ꝓbuit quẽadmodũ eas igit̃:quæ pueros alunt:a mãma diximus θηλουασ ſic rumina nutrix quædam:& pueroꝝ altrix merũ infantibus ꝑcipue noxiũ prorſus nõ recipit.

Cur ſenatores alios patres conſcriptos alios tantum patres appellabant. An eos quos ab initio Romulus delegerat patres ac patricios nominabant:quaſi bonis parentibus natos:reliquos deinde ex plebe electos & aſcriptos in ſenatum conſciptos uocitarunt.

Quid eſt quod Herculi ac muſis cõmunem aram ſtatuerunt. An ꝙ Hercules Euãdarum litteras docuit:ſicut Iuba monumẽtis tradidit. Quod honeſtum & honorificũ duceretur amicos ac propinquos docere. Nouiſſime nãq; inſtitutũ eſt:ut mercede diſcipulos docerent. Quippe omnium primus. Sp. Carbilius ludum aperuit eius libertus, qui & ipſe Carbilius appellatus primus omnium.

Romanorum uxorem repudiauit.

Cur cum duæ sint Herculis boues: mulieres non atingunt: nec quic quá degustant quod super ara magna ímolatum sit. An quia carmentis sacrificii tempus non obiit. Quod quidam pinariorum generi accidisse dicitur ex quo quia uescentibus cæteris dapibus prohibiti sunt pinarii sunt appellati. An propter illa potius quæ de ueste ac Deianira fabulosæ dicuntur.

Cur deum illum cuius in tutela urbem esse dicunt siue masculus is est: seu fœmina: & quærere & nominare nefas eét. Hoc.n. ita esse religione confirmant Valerium Soranũ male periisse dicentes ꝙ numinis nomen efferre ausus est. An quod latinorum quidam monumentis trediderũt euocationes quasdam ac deorũ ueneficia eé putauerũt quibus quoniá ipsi hostiũ deos euocare & ad se traducere consueuissent: ne idé ipsi paterentur. magnopere uerebantur quéadmodũ igitur Tirii uincula statuis iniiciunt. Alii uero sponsores patere dicuntur si qué ad lauacrum aut purgationem aliquá deducunt: sic Romani quod archanũ & incognitum esset firmissimá ac tutissimam dei custodiá esse crediderũt. An sicut Homerus fixit. Terra uero cõmunis est hominum ut hoíes deos oís colát ac uenerentur terrá cõiter habentes sic ueteres Romani deum salutis auctoré celauerũt: quod non eũ solũ: sed oís deos a suis ciuitatibus honorari uoluerunt.

Quid est qđ fecialiũ sacerdotũ qbus fœderibus faciédis præsunt pater patratus maximus habeť: est autem his pater & hi filii sunt: habent.n. nunc quoq; præcipuá quádam fidem & auctoritatem: Imperatores.n. quæ propter eximiá pulchritudiné ac specié pudica & diligenter custodia corpora indigent: his credunt & apud eos deponũt. An quod utrũque illis adest & pueros ueteri & pertes timere. An ipsum se nomen exponit. Vult.n. patratũ quasi finitũ ac determinatũ quiddam significare: illud cæteris perfectius sit: cui cõtingit simul ut & pater esset & patré haberet: An ut ait Homerus qui patri præsit cũ & antea & retro cernere oportet cuiusmodi profecto is esset cui & filius est de quo deliberat & pater quem consulit.

Quid est quod Regi sacrificio. Is.n. est Rex sacrorum ac religionũ: nec magistratum gerere: nec concioné habere licet: An quod antiquis temporibus Reges plurima & maxima sacra facere consuerunt: & sacerdotibus ré diuinam facientibus aderant: post ubi graues & insolentes esse cœperunt Græci quidé plæriq; licentiam Regibus ademerũt: ius & ptátem sacrificandi tantũ modo reliquerunt: Romani aũt regibus penitus exactis aliú rebus diuinis præfecerũt. cui nec magistratũ habere nec cũ populo ágere ꝑmiserũt: ut í téplis solũ cõsultare uideantur: & regnũ ꝓpter deos sustinere Est igiť in comitio quodam sacrificii genns quod ubi rex ꝑgit ex foro se proripit.

Quid é quod mensam uacuá tolli nõ sinebant: sed oío cũ aliquid etiá superesset. An illud in terpretátes aliquid semper í futurũ de eo quod nunc adest reliqui oportere: & per hodiernũ dié crastini meminisse. An quod urbanũ atq; elegás putarét cõprimere atq; inhibere appetitũ: & iá cũ uoluptate perfrui liceret: minus.n. quod abest cupiunt qui præsentibus ac paratis abstinere cõsueuerũt. An & aduersus seruos humana cõsuetudo. Nõ.n. tátopere gaudét serui si accipiunt: q̃ si participes fiát: ꝗ mensam sibi cũ dominis quodámodo cõcicatũ esse putát. An quod nihil sacrũ: inane: ac uacuum negligere oportet: mésa uero sacra est.

Quid é quod maritus ꝑmo sponsæ nõ í luce sed í tenebris iungitur: An qa cũ pudet ꝙ anteq̃ coeat alienã putat. An & ad ꝓpriá uerecũde accedere meditás: & assuefatiens. An quéadmodũ Solõ scripsit spõsam malo cydonio degustato thalamũ ingredi solitá ut primus cõplexus nihil triste aut iniocundũ haberet. Sic Romanus legis lator: si quid absurdũ ac deforme corpi aderat occultauit. An calumnia quædam & accusatio illicitæ ueneris erat quod fiebat cum legitimis ac iustis connubiis pudor quidam & uerecundia adibetur.

Quid est quod circus flaminius dictus est. An quod Flaminius quidá priscus cũ ciuitati agrum reliquisset: equestribus ludis eius fructu & uectigalibus utebantur. Nam cum pecunia suppeteret uiá quoque flamineam munireunt.

Cur lictores dicti sunt. An quod petulantes colligabant. Hi.n. lora in sinu gestantes Romulum sequebatur λίχυαω auté ligare pleriq; latinorum dicũt: qui aũt pure loquuntur ligare. An.c. interpositum est: cum ante sine.c. litores dicerentur: quasi publici quidá ministri nam nr̃is ét téporibus plublicũ é multis græcoꝝ legibus scriptum ée neminem ut ita dicá latere puto.

Quid est quod luperci canem immolant. Luperci auté sunt qui lupercalibus per laciuiam discurrentes pellibus obuios cædunt. An quod genus quoddá lustrandæ ciuitatis est & quo mense illa fiũt Februarius dicitur: & diem quoque pellibus occurentes uerberant februarum & februarium uocant: quo uerbo purgatio significatur cane autem omnino: ut ita dicam græci utebantur: & multi etiam nunc in purgationibus canem iugulant: proserpinæ quoque catulos: cum cæteris purgamétis efferunt & eos qui expiandi sunt catulis. hoc piaculi genus circuncatulationem appellaáes. An quod lycos lupus latine dicitur: λυκαια uero lupercalia & lupo canis est hostis & iccirco lupercalibus cæditur. An ꝙ lupercis canes oblatrantes molesti sunt. An quia pani

sacrificium

sacrificium facit: pani autem ꝑpter greges amicus est canis.

Quid est quod septimõtio uehiculis iunctis uti cauebant & nũc ẽt qui uetera nõ cõtẽnunt cauẽt Septimontiũ uero diẽ festũ aguntromani quod septimus collis urbi atributus est: septicollis ro. facta est. An ut quidã latini accipiũt: quod urbs nõdũ suis partibus penituscõiũcta erat. An hoc qui dẽ ad Dionysiũ est. Magna uero re effecta cõstituta ciuitate: qđ urbẽ iam augeri & quasi ulterius ꝑgredi desisse existimarent cũ seipsios: tũ uero iumenta quibus fuerant usi quiete affecerunt: & cõmunis festi ocio frui uoluerũt. An quod cũ oẽs dies festos ciuium præsentia ornari ac celeribrari semper uoluerunt tũ illũ præcipue qui pro ciuitatis habitationẽ ageretur. Quaꝑpter ne urbẽ cui⁹ dies festus ageretur relinquerent eo die uehiculis uti permissum non est.

Cur ĩ futuro aut eiusmodi aliquo flagitio deprehensos furciferos appellant. An hoc quoque maiorũ nostrorum diligentiæ certissimũ signum est: nam qui seruũ alicuius sceleris aut improbitatis conuicisset: duplex lignum quod currui subiiciunt attollere iubebat: & ut comspiceretur uiciniam obire: ut fidem in posterum ei nõ haberent: & ab eo cauerent hoc lignum. G. σταύρον latini furcam nominant a qua fructifer denominatus est.

Quid est quod boui qui cornupetat fœnũ in cornu apponũt: ut ocurrentes caueãt. An qa ꝑpter repletionem ac sacietatẽ indolescunt & boues & equi & asini & homines: ut ait Sophocles. Tu uero ferues quasi pullus cibi copia. Venter &. n. tuus & male ĩsolescit. Ex quo romani. M. Crassũ fœnũ in cornu habere dictitauerũt: & qui cæteros ĩ repu. lacerabãt: hũc tanq̃ munitũ ac ꝑuidũ & iniuriarum ꝑsequentissimũ fugiebãt: quãq̃ post ea rursus dictũ est Cæsarẽ Crasso fœnũ detraxisse: Primus enim illi in republica restitit. Cæsar & eum contempsit.

Quid est quod in captãdis auguriis sacerdotes prius auspices nunc augures appellant luminaria semper aperta hẽre uoluerũt: nec opuculo ĩposito claudi. An sicut pythagorici parua magnaꝝ rerum signa faciebant: qui super modio sedere ꝑhibebãt & ignẽ gladio seu machera fodere. Sic ueteres obscuris quibusdam rationibus utebantur: & maxime in sacerdotiis quale hoc est de lucerna: quã coi pori animã continenti similẽ esse dicunt: lux. n. est is qui intus inest animus. Oportet aũt quod intelligens est ac prudens in eo id semper apertũ esse accreuere nec unquã clausum esse. Flatibus enim uentris aues non consistunt & propter instabilitatem & errorem nihil certi significant. Docent igitur hoc pacto ut non spirãtibus uentis: sed cum omnia tranquilla sunt. Tunc augures auspicia captent cum lychinis apertis uti inqueunt.

Cur augures si ulcus haberent in augurandi causa sedere pronibebantur. An & hoc signum est nõ oportere qui morsum aliquẽ: aut ulcus: & ꝑturbationẽ in animo hẽrent res diuinas tractare sed tũ deorum mentẽ hoĩbus probere: cũ & liquido & integro animo essent. An illud rationem habet si neq; uictimã sanandi ulceris causa quisq̃ adhiberet nec auibus ulceratis ad auspicandũ uteretur: ea multo magis in seipsis seruanda existimasse: ut ad ea quæ a diis significatentur: puri & integri accederent. Vlcus enim diminutio quædam & pollutio corporis uidetur.

Quid est ꝙ paruæ fortunæ ædem: quã breuẽ uocant Romani: ædifiauit Seruius Tullius qui tertius Romæ regnauit. An ꝙ ipse paruus initio & abiectus quippe qui ex captiua matre natus esset fortunæ bñficio Romæ regnauit. An hæc ipsa cõmutatio magnitudinẽ poti⁹ fortunæ ostẽdit: q̃ paruitatẽ. Videt̃ aũt Seruius maxĩe oĩum fortunæ uĩ extulisse & diuinã indicasse: qppe q oĩbus actionibus ac negociis eius nomẽ abscripserit. Nõ solũ enĩ fortis fortunæ & primogenitæ: & masculæ templa ædificauit. Sed est unũ ꝑprie fortunæ tẽplum Aliud cõuertentis: aliud bñ sꝑẽratis uirginis aliud quoq; cognomenta qs persequi posset cũ fortunæ uiscatæ templũ sit quasi ab ea nos procul capiamur & negociis ac rebus inhæreamus. Sed uide ne Seruius casuũ momenta perspiciens & ad ea plurimũ posse cognoscens: qppe cũ multi sæpe qđ paruum quiddã: uel accidit: uel non accidit maximas res uel assecuti sunt: uel assequi nõ potuerũt. idcirco paruæ fortunæ tẽplum statuit docens homines diligenter attendere: nec ea quæ accidunt: q̃uis parua sint cõtennere.

Cur Lychinũ nõ extinguebant. sed ꝑ se lãguescere deficere ꝑmittebãt. An q̃si extinguibilis & ĩmortalis illius ignis cognatũ & affinẽ colẽtes. An & hoc quoq; signi est: nõ oportere qđ animatũ sit: nisi noceat corrũpere neue interficere quasi animal ignis sit nec ĩmerito: nã & alimẽto indiget: & ꝑ se monet̃. & cũ extiguit̃ si: uelut occidat̃ uocẽ emittit. An hoc more docemur nõ oportere nec ignẽ: nec aquã: nec eoꝝ quicq̃ quæ ad usum pertinent: & si abuude superant corrũpere aut consumere. sed ĩdigentibus utẽda relinquere: cum ipsi iam illis opus non habeamus.

Quid est ꝙ qui nobilitate præstare uident̃ lunulas in calceis ferũt. An ut dicit Castor sinum est eius quæ in luna esse dicitur habitationis: & quod post mortem animi rursus lunam sub pedibus habebunt. An ꝙ qui antiquissimis præcipuũ fuit qui fuerunt archades ad Euandro proselines appellati. An sicut alia multa: sic & hoc elatos homines ac superbos admorentes rerum humanarũ instabilitatis: cuius rei luna exemplo sit quæ ab obscuro pirmum prodit: tum progrediens luce ac splendore os suum complet: & cum clarissima facta sit rursus deflorescit: & ad nihilum redit. An

hoc potius modeſtiæ & obedientiæ diſciplina quædam erat:ut dicto audientes eſſe & imperium
æquo animo ferre condiſcerent & quemadomdũ luna meliori obſequi & ſolem : ut inquit Parme
nides ſemper intueri ſolet.ſic homines ſecundum locum tenere contenti duci primas partes relin
quere ut honore ac poteſtate per illum fruerentur.

Quid eſt ꝗ annũ iouis eſſe putant.menſes iunonis. an ꝗ deorum qui mente intelligũtur iuppiter &
iuno imperium gerũt eoꝝ uero qui oculis cernuntur Sol & luna. Sol enim annũ cõficit. luna ue
ro menſes.Oportet autem non has illorũ ſimpliciter imagines putare; ſed ipſum in materia iouem
ſolem;& ipſam in materia iunonẽ lunã.quo circa iunonẽ eam nominãt romani.quo nouiũ aut no
uius ſignificatur a luna.ſcilicet quã eandẽ & Lucinam uocant.quaſi ipſam lucidã ut lucem præben
tem.& in partu ac doloribus adeſſe opinantur tanq̃ lunã. Vt eſt apud poetã pernigrũ poli & aſtro
rum.Per lunã celerem partũ præſtantẽ.Nam plenilunio facile partu leuari mulieres uidentur.

Quid eſt ꝗ auſpiciorum quod ſiniſtrũ dicitur proſperum ac fœcundũ putatur. An hoc falſum eſt
& multos decipit:an hoc ſermonis eſt: ac linguæ σκαιον enim ſiniſtrũ uocant latini a fine autem
ſinere & ſine:tum dicunt cum ut aliquid miſſum fiat ut dimittat̃ hortant.Auguriũ igitur quo ali
quid agi permittitur.ſiniſtrũ nõ recte accipiunt multi ac nominãt:an quẽadmodũ a Dionyſio ſcri
ptum eſt Aſcanium æneæ filium auſpicato aduerſus mezentium aciem inſtruxiſſe & in eo prælio
ſuperiorem fuiſſe.ex illo obſeruatũ ut quotiens læuũ intonuiſſet.auſpicium ſuſpiceretur.an ꝗ alii
putãt hoc Aeneæ accidit. nam Thebani Lacedæmoniis apud Leuetram ſiniſtro cornu ſuperatis ui
ctoria potiti.in omnibus præliis poſtea obſeruarunt.ut ſiniſtro cornu principatum aſſignarent:an
illud potius aſſerendum eſt. quod iuba in hyſtoria dicit orientem ꝓſpicientibus ſiniſtra parte bo
ream eſſe quã mundi partem muluti dextram ac ſuperiorẽ faciunt.ſed uide ne cum ſiniſtræ partes
natura infirmiores ſint auguriis ac ſignis quaſi coroborentur. atq; his inire ſupletis uiribus ade
quentur an terrena ac mortalia diuinis ac cæleſtibus cõtraria & oppoſita iudicãtes exiſtimauerũt
quæ nobis ſiniſtra eſſent deos a dextra dimittere.

Quid eſt ꝗ eius qui triũphaſſet. deiude combuſtus eſſet licebat eos capere. & in urbem deferre ac
deponere.hoc in primo Lyparæus ſcriptum reliquit:an hoc mortui honoris cauſa factũ eſt. Nã &
aliis ducibus & qui bene rem geſſiſſent.idẽ tribuerũt ut nõ ipſi ſolũ ſed poſteri quoq; in foro ſepe
lirentur ſicut Valerio & fabricio.Ferunt aũt horũ poſteris mortuis & in forũ delatis ardentem fa
cem ſubiici & ſtatim attolli.ut ſine inuidia honore utant̃.& tantũmodo ſibi licere confirment.

Quid eſt ꝗ triunphantes in publico Ro.conuiuium exibentes conſules inuitatos ne in conuiuium
accederent rogabant. an locum honeſtiſſimum triũphanti : aſſignari. & poſt cœnam ab omnibus
deduci oportebat.quæ præſentibus conſulibus alii tribui nõ poſſent.

Quid eſt ꝗ tribunus purpuram nõ portat: cum cæteri magiſtratus purpurati incedant.An ꝗ tribu
nus omnino magiſtratus non eſt : nam nec lictores habet nec in ſella curruli ſedentes ius dicunt:
nec in initio omnino ſicut cæteri magiſtratus magiſtratũ ineunt.nec creato dictatore poteſtatem
deponũt : ſed cũ omnis poteſtas & imperiũ ad doctorem redeat ſoli omnium magiſtratũ retinent:
quaſi imperium nullũ:gerẽtes:& aliũ quemdã in repub.locũ obtinẽtes. quẽadmodum autem præ
ſcriptionẽ:quidã rectores ſtatũ eſſe nolũt quippe nõ iudicium cõſtituta:ſed diſſoluat & euertat:ſic
tribunũ magiſtratui & imperio potius opponi: q̃ ipſum tribunatũ eſſe nam potentiæ magiſtratus
obſiſtere:& nimiam licentiam cõprimere tribunitiæ poteſtatis ac licentiæ fuerat; An hæc & his ſi
milia ab eo dicantur.qui rebus inueniendis ſtudeat.Tribunatus autem cũ & populo originẽ ducat
populare in primis uideatur : reliqui ciuibus parem ſe gerere & in omni cultu ac uictu infimis ci
uium cõparari.Magnitudo enim ac moles cõſulẽ decet & imperatorẽ. Tribunũ uero quẽadmodũ
C.Curio dicere ſolebat abiectum eſſe:nec aſpectu grauem nec aditu difficilem:ſed facilem:ac mul
titudini cõmodũ & tractabilem.Vnde nec domus tribunitiæ ianuam claudi mos erat. Sed noctu
& interdiu ſemper tanq̃ portus quidam ac ꝓfugium quibus opitulandum eſſet. Verũ qno humi
liore corporis habitu deprimitur:eo magis ui ac poteſtate augetur.Communẽ enim tribuni uſum
ac nemini clauſum:ſicut aram poſtulant honore autem ſacroſanctum.

Quid eſt ꝗ prætorũ uirgæ ſecuribus alligatæ præ feruntur. An ſignũ eſt nõ oportere magiſtratus
iracũdia prõptam:ac diſſolutã eẽ.An uirgatum diſſolutio mora.& tarditate iram frangi & impetũ
moderatur.Sed malicia quoniã partim medicabilis.eſt partim curari nõ poteſt uirgæ quod mutari
poteſt corrigunt.Secures autem ꝗ emendari nõ poteſt abſcindunt.

Quid eſt ꝗ cũ Ro. barbaros quoſdã diis immortalibus hominẽ ĩmolaſſe accepiſſent : magiſtratus
eorum accreſſendos : ac puniendos putauerunt quos poſtea cũ id conſuetudine quadã ac lege fe
ciſſe accepiſſent eos dimiſerunt. alias id facere ꝓhibuerunt cum ipſi nõ mulris annis ante duos ui
ros.& duas mulieres in foro boario uiuos obruerunt non enim uidetur conuenire ipſos hæc fa
cere & barbaros qui talia cõmiſiſſent reprehendere an diis immortalibus hominẽ immolare im
pium ducebatur dæmonibus aũt neceſſariũ.An qui more & lege id agerent peccare arbitrabant̃.

Sed uero

Sed uero libris ſibyllinis iuſſos eodem teneri celere non putabant. Ferũt aũt elbiã q̃dã uirginem
cũ equo ueretur fulmine ictã fulſſe. inde nudum equũ ac iacẽtem inuẽtum eſſe nudam & ipſam
ueſte quaſi de induſtria a pudendis ſubtracta calceis a nullo camiſia paſſi diſiectis: & ore lingua
proiecta: ut te ad diuinatores delata cũ ſacris uirginibus maximum dedutus impendere & eius rei
ignominiã ad equites redundaturã prædixiſſent: barbari cuiuſdam equitis ſeruus indicium fecit
tris ueſtalis: æmiliã martiam ſub idem tp̃s corruptas diutiſtime cum uiris rem habuiſſe quorum
unus eſſet Vetuſius barbarus eius qui indicium feciſſet dñs. Veſtales igitur redargutæ: ſupplicio
ſunt affectæ: ſed cum res atrocior uiſa eſſet decreuerunt ut ſacerdotes ſibyllinos libros inſpicerent
in quibus inuentum fuiſſe dicant. hec magno reipub malo futura. & iubere ut abſurdis quibuſdã
deis & externis auertende rei cauſa Græcos duos ac totidem gallos immolarent & in loco
eodem defoderent.

Cur diei principiũ de media nocte numerãt. an quod. R. P. ab initio militari more & inſtitutio cõſti
tuta eſt. in re militari autẽ multa noctu utiliter occupãtur. An diei ortũ agẽdi principiũ eẽ uolue-
runt. Noctẽ uero cõſilii & apparationis. Oportet autẽ p̃paratos rẽ aggredi nõ agẽtes præparari fa-
bricans quod Myſon ad Chilonẽ unũ de ſeptẽ ſcripſiſſe dicitur hyeme. An quẽadmodum miridi-
es finis eſt multis reipu. gerẽdæ: ſic noctẽ intẽpeſtã actionũ omniũ initiũ oportere ſtatuerunt: cu-
ius rei maximũ argumentũ magiſtratũ romanũ poſt merididem fœdus facere non ſolere. An oc-
caſu quidem & principiũ & finẽ diei capere licet. Nã ſi multitudinis indicio principiũ diei cum ſol
emergere cœperit incipit uero finẽ cum penitus occiderit terminauerimus æqualitatẽ diei ac no-
ctis quod equinoctium dicimus non habebimus æquã enĩ diei noctẽ re maxime uidemus ea die
cui cõparatur ſolis ſpacio ac magnitudine breuior reperiretur. nã quod mathematici afferunt: &
huic rei medicinã afferentes diei ac noctis ueriſſimã rationẽ cõſtituunt. centrũ ſolis cum finientẽ
attingat omnem euidentiam: & claritatem funditus tollit. Neceſſe eſt enĩ accidere cum multũ lu-
cis etiam ſub terra ſit: & nos radiis ſuis iam ſol undiq; colluſtrat: ut diem nõdũ eſſe fatemur. Qua-
re cũ ob dictas cauſas ortus diei & occaſus principium difficillime capi poſſit. relinquit̃ aut ut me
dium diẽ: aut mediã noctẽ principiũ diei ſtatuamus potius autem ſecundum. Fertur enim a nobis
a meridie ad occaſum. a media uero nocte ad orientem ad nos redit.

Quid eſt q̃ ueteri morẽ uxores nec molere nec coquere permittebant. An ueteres aduerſus Sabinos
fœderis memoriam colentes. Nam poſt filias Sabinis raptas facta pace & ſocietate inita in fœdere
nominatĩ exceptum eſt uxorem uiro romano nec molere. nec coquinariã facere.

Cur mẽſe maio uxores nõ ducũt. An quod ĩter aprilẽ & iuniũ medius ĩteriectus ẽ. quorũ cũ alter ue
ueneri iunone alter dicatus ſit deabus ſcilicet quæ nuptiis p̃ſunt. aut parũ ante capiũt aut parũ ex
pectant. An quod hoc mẽſe maximo piaculo utunt̃. Effigies mõ depõte abiicientes: cũ prius homi
nes conſueuiſſent. Vnde flaminicã iunonis ſacerdotem triſtem eſſe eo tempore. Quippe quæ eo
menſe ullo cultu utuntur moris eſt. An quod pleriq; latinorũ hoc menſe mortuis parentãt: & obe
am cauſam Mercuriũ quoq; eodem menſe uenerantur: qui maiæ cognominis eſt: An ut quidam
dicunt Maius a maioribus natu appellatus eſt. Iunius a iunioribus: nuptiis uero ac cõmodatior eſt
iunior: ut inquit Eripides. Nã ſenectus uenerem ualere: ipſaque uenus ſenibus infenſa eſt. Abſtinẽt
igitur nuptiis iunium rxpectantes qui maiũ deinceps excipit.

Cur eorum qui uxores ducunt comã haſte cuſpidæ diſcernũt ac diſcriminant An ſignum eſt prima
connubia uiolenta fuiſſe. An ſtatim diſcũt uxores uiris fortibus & bellicoſis cõiunctæ: ſeuerũt &
minime effœminatũ & tenu cultũ ac uirilem ornatũ probare quẽadmodũ licurgus in foribus &
tectis priuatũ facientes terebra tantũ ac ſecuri utendum aliis inſtrumentis abſtinendum ratus om
nem intemperantiam & ſuperfluos ſumptus funditus ſuſtulit. An diuortium ea re ſignificatur q̃d
ſolo ferro nuptiæ dirimendæ ſint. An illud magis quod pleraq; ad cõnubiũ pertinentia iunoni atri
buebant: nã & haſtam iunoni conſecratã eſſe exiſtimant: & eius ſtatuæ ut plurimum haſtæ innixe
cernuntur. Quippe quam curitĩ appellant ueteres: Nã curis antiquo nomine haſta dicebatur. Hinc
& curim matrem nominatum eſſe dicunt.

Cur quod in ſpectacula impenditur lucar uocant. An quod alia multa quoq; circa urbẽ ſunt loca diis
atributa: quæ appellãt lucos quorum ꝓuentus in ludos cõferũt.

Quid eſt quod quirinalia ſtultorum ferias nominant: An quod hũc diem: ut Iuba dicit his aſſignaue
runt qui cuius eſſent tribus ignorarent. An his qui ut non alii tributĩ fornacalibus rem diuinam
fecerũt. quod aut impediti fuiſſent: aut aliquo per egro profecti aut deniq; diem ignoraſſent hoc
tempore recuperandi illius feſti poteſtas data eſſet.

Cur rem diuiam Herculi facientes aliũ deorum appellant neminem: nec canis: ut a Varrone' ſcriptũ
eſt in urbe apparet. An idcirco aliũ deum appellant neminem quod hunc ſemideũ putant: ut alii
tradunt: cũ etiam inter homines ageret: Euander ei arã ſtatuit. & rẽ diuinã fecit: nihil aũt oĩno fuit
cui Hercules infeſtior eſſet q̃ canis qui ei ſæpe moleſtus fuiſſet & in primis cerbarus: deniq; Lici

nio puero per cané occiso ab hipocoſtibus coactus prælia decertare multis ea pugna ex amicis in terfectis iphiclũ fratrem quoque amiſit.

Quid eſt ꝙ circa capitoliũ patricio habitare licet nemini. An ꝙ Marcus mãlius ibi habitãs regnum affectaſſe deprehẽſus: ex quo lege interdictũ eſt ne quis poſtea ex ea familia mãlius diceretur: an antiquus fuit huic metus publicolã eni ut nobiliorẽ calũniari hoiem in primis popularẽ nõ deſiſtebant: ita multitudo tandiu timuit donec eadem quã in ſũma uelia ædificabat: quod nimis foro imineret funditus euertit.

Cur qui ciuẽ in prælio ſeruaſſet corona querna donabatur. An ꝙ ubiq; in expeditionibus facile ſit quercũ inuenire. An ꝙ ioui & iunoni: quos urbi præſidere putant corona conſecrata eſt. an uetus ab arcadibus mos acceptus eſt quibus eſt quædã cum ac arbore cognatio. Vt enim primi hoies ex terra Arcades ſic quercus prima ex omnibus plantis nata.

Quid eſt quod in auguriis ulture potiſſimũ utunt. an quia Romulo in cõdẽda urbe duodecim ultures apparuerũt. An quod ultur rariſſime cõſpicitur. Nõ eni facile quiſpiã ulturis nidũ offendat: ſed porro de repente & iopinato aduolãt quo fit ut eorũ aſpectus aliqd ſignificet ſemp. an & hoc ab hercule didicerũt: ſi uerũ eſt quod dicit Herodotus in oibus rebus gerendis Herculẽ primo ulturis aſpectu in re incipienda delectatũ fuiſſe: quẽ ex oibus quæ carnibus ueſcerent uolatilibus iuſtiſſimum eſſe iudicaret. primũ eni nihil quod uiuat attingit: nec animatũ quicq̃ interfici: queadmodũ accipitres: aquilã omnes deniq; noctiuagas aues uidemus. Veſcitur autem cadaueribus in qbus ſui generis abſtinet ulturẽ enim qui aui ueſcatur adhuc uidit nemo accipientes enim aquilæ ſui generis aues conſectantur ac feriunt: q̃q̃ ut ait heſcirus. auis auem comedens quo pacto pura eſſet præterea quæ minus detrimenti: ut ita dicam hominibus afferat auis prorſus nulla reperitur: quippe quæ nec fructus deleat: nec plantam ledat: nec manſueto cuiq̃ noceat animali: quod ſi ut ægyptii fabulantur. ultures omnes fœminæ ſunt: & queadmodum zephiro arbores: Sic ultures euro grauide fiant certa nimium & firma & ulturibus ſigna fieri uериſimillimum eſt. in aliis autem uolandi impetus & allarum in coeundo agitationes ac uerbera rapinæ fugæ inſectiones multum incõſtantiæ ac perturbatæ afferunt.

Cur æſculapii ædes extra urbem poſita eſt. An ꝙ foris ſalubrius quam in urbe habitare crediderunt. nam græci quoq; in excelſis ac puris locis æſculapii templa plana collocant. An quod deum ex Epidauro accerſitum in urbem commigraſſe opinantur. in græcia enim non in urbe ſed procul ab epidauro æſculapii templum eſt. An quod dum draco ex nauii in inſulam deſcendiſſet: & ex oculis euanuiſſet ipſum eo in loco ædis ponendæ auctorem ac præmonſtrationem fuiſſe putauerunt.

Cur moris eſt ut qui caſtimoniã colunt leguminibus abſtineant. An queadmodum Pythahorici fabas ob eas quæ uulgo dicuntur cauſas abominabãtur quaſi Lethes & herebi cognomines. An ꝙ ad cõcœnatiões & manes ꝓuocãdos leguminibus maxime utunt. An illud magis q̃d ad ſanctitatẽ ac caſtimoniã pura ac tenuia corpora habere oportet: Sunt autẽ legumina maxime uentoſa: & ea gignunt: quæ cũ ſupflua ſint multæ purgationis indigẽt. An ꝙ cũ uentoſiſſima ſint legumina ad res uenereas maxime incitent.

Quid eſt ꝙ ueſtales inceſti cõuictas alia pœna nõ afficiunt: ſed uiuas tantũmodo defodiunt. An ꝙ mortuos urunt quod illis tribuere inuiſtũ iudicarẽt: quæ nõ diligẽter ac ſancte ignẽ ſacrũ cuſtoſtiſſent: an ꝙ corpus maximis ac ſanctiſſimis religionibus cõſecratũ interficere: & mulieri ſacre manus offerre neſas putauerũt. Rationẽ igit inierunt: qua ſubterraneo ſpecu defoſſo obrutæ ſua ſpõte morerentur. ibi eni & lucerna cenſa inerat: & nõ nihil panis exiguũ & aquæ ac lactis inde ſpecũ deſup terra operibãt: ſed ne hoc quidẽ modo ſcelus deteſtãtes religionẽ fugierũt. nã & nũc quoq; ſacerdotes eum locum adeuntes parentant.

Cur idibus decẽbris in curſu equoꝝ uictor dexter ſacer marti imolat: & caudã ſtatim deciſam ad reginorũ qui dicit locus deportat: & arã cruorẽ ſpargit. De capite uero inter ſe decertãt: alii de ſacra uia deſcendentes alii de ſubura aduerſus eos impetũ facientes. An ꝙ Troiã equo captã putant: idcirco equũ ſupplicio afficiũt: ꝙ troianoꝝ clara pignora fuerit mixta pueris latinoꝝ an ꝙ iracundum ferox & bellicoſum animal eſt equus. Diis autẽ grata & accõmodata in primis imolant. Victor aũt idcirco imolatur ꝙ uictoriæ mars auctor eſt: & qui ordinẽ in arcto tenẽt cæteros uincũt qui locũ deſerũt: & cæleritas quaſi uiaticũ fugæ pœna afficitur: deniq; ſignis quibuſdã occulte admouentur fugiẽtes ſalutem inuenire nõ poſſe.

Quid eſt ꝙ cenſores magiſtratum ineuntes nihil agunt q̃ ut ſacrorum anſerum alimenta locent: & imaginis ſplendorem an a uilioribus incipientes quæ nec multo ſumptu: nec magna opa egent an uetus quædam huic animanti gratia referturia bello uſq; gallico repetita: quod dormientibus canibus primi omnium anſeres Gallorum in capitoliũ aſcenſu perſenſerunt: & clangore uigiles excitarunt an cũ ſit maximarum rerum: & quæ ſũma cura indigent cuſtodes cenſores: ut ædium ſa

Crattum

cratũ ac publicarũ morũ deniq; & uitiis & uitæ uniuscuiusq; diligentissimi & custodiẽtissimi oĩum animãtiũ rationẽ habẽdam sibi esse putauerũt:simul enĩ anseribus curãdis ciues admonẽt nec deorum cultum negligãt.anseris uero absterſi & splẽdor necessarius est.cito enĩ rubrica defluit ac deflorescit. ea enim ueteres statuas obducere & illinire consueuerunt.

Quid est q̃ cæteris sacerdotibus simul ac in iudiciũ ducti ac dãnati sunt substituũt augurẽ uero donec uita supperat:licet maximorũ criminũ cõuinctũ sacerdotio nõ mutãt:augures autẽ uocãt qui auspiciis p̃sunt:an q̃ quidã dicũt sacrorũ archana neminẽ cognoscere uolũt:qui ipse augur non sit an iureiurãdo ad actũ res augurũ nemini enũciaturũ priuatũ postea factũ sacramẽto liberari nolunt:an nõ honoris:nec magistratus sed sciẽtiæ atq; artis cuiusdam potius nomẽ est augur. Simile igitur est ac si quis musicũ nõ esse iudicet:& medicũ medicũ esse prohibeat:& diuino diuinationẽ adimat.His enim oĩbus appellatio detrahi potest:uis ac facultas nõ potest.aliũ uero idcirco nõ instituũt:quod sacerdotũ numerũ ab initio constitutũ merito tuentur.

Cur idibus sextilis diem festum agunt Serui omnes ac Seruæ. Vxores autẽ capita purgare ac lauare consueuerunt:an propter seruium regem quẽ eo die serua natũ & in lucem editũ ferunt. Vacationem ab opere habent serui : capitis autem lauatio ab ancillis cœpta propter diem festum ad liberas quoq; processit.

Cur pueros monilibus quæ uocant bullas exornant:an honoris raptarum causa:ut alia multa sit & hoc constitutum esse uoluerũt his quos ex eis suscepissent:an Tarquinii uirtutẽ honorãdã putauerũt.ferũt enĩ Tarqniũ cũ puer adhuc eẽt in p̃lio aduersus latinos & Etruscos ĩ hostes ĩpetũ fecisse:cũq; ex equo defluxisse excepto hostiũ impetu Romanos cõfirmasse hostibus in fugam cõuersis:cum plus q̃ sexaginta milia hostiũ eo prælio cecidissent hoc a patre & rege decoris insigne accepisse.an apud maiores nostros speciosum seruũ donare turpe nõ existimabatur.quẽadmodũ nunc quoq; comœdiæ testimonio sunt.pueris autẽ liberis uæhemẽtius abstinebãt:ac si forte accideret: ut in pueros nudos inciderent:ne ambigerent:hoc insigne liberi ferre consueuerũt. An uel ad molestiã cõseruandã:hoc etiã p̃tinet & intẽperãtiæ:ac flagitii frenũ est cũ uirũ agere eos pudeat:anteq̃ pueritiæ insignia deponant. Nã quod Varro scribit uerisimile non est:cũ æoles bulã bollã p̃ferant.hoc consilii insigne pueros indui solere.sed uide ne hoc quoq; p̃p lunã ferãt.nam lunæ figura cum pleniluniũ est nõ globosa est sed lentis formã ostendit:& quẽadmodũ opinatur Empedocles.Illud etiam quod subiectum est non modo quod apparet.

Quid est q̃ maribus nono anno fœminis octauo nomina imponere consueuerunt. An si prius fœminis nomina imponunt : causam sustinet natura & augetur fœmina & crescit & adulta perficit antequã masculus.Dies autem eos potissimum capiunt:qui septenarium subsequuntur. Septimus enim dies cum in cæteris : tum ad umbilicum ĩfantibus nuper æditis periculosus esse consueuit. Nã septimo die plerisq; resoluitur:donec autem dissolutus plantæ longe similior est infans q̃ animali. An sicut Pythagorici numerum parem fœminam uocant:marẽ imparẽ: fœcundus est & cõpositum parem uincit:& si in unitates diuidatur par numerus quasi fœmina locum in medio uacuum præbet.imparis uero numeris pars aliqua plena semper relinquitur:quo fit ut alterum fœminam:marem alterum esse putent. An q̃ in numeris nouenarius primus est. Tetragonus ab impari & perfecto ternario.octonarius autem primus cubus a binario numero:quem parem esse cõstant:oportet autem quadrangulum esse & imparem & perfectum. Vxorem autem sicut cubũ stabilem:& domi seruantem & immobilẽ illud & adiuugendum octonarium numerum cubũ esse q a binario componatur:nouerarium uero quadrangulum esse qui de ternario conficiatur. Vtũtur autem duobus nominibus fœminæ:mares uero tribus.

Quid est q̃ eos quorũ patres ignorãtur spurios uocant. Nõ enim quod græci opinantur & in causis oratores dicunt:quod ex colluuione quadam & seminis cõmunione progenerati sunt sed uidelicet est spurius inter patria nomina ut sex.D.C.p̃nomina uero latini integra non scribuutur:sed aut una littera:ut.T.L.M.aut duabus:ut.G.H.aut tribus:ut Sex.& Ser.Est igitur spurius inter ea p̃nomina quæ duabus litteris notãntur.S.&.P.quibus etiam orbos parentibus scribunt cum sine pater esse dicunt.per.S.siue per.P.patrem significantes.Hoc igitur errorem fecit : quod sine patre & spurius eisdem litteris annotatur.Sed alia quoq; ratio afferenda est quæ multo est absurdior. Dicũt enim Sabinos uxoris pudenda Sporiõ appellare:ita ut legitime natus non sit.Sed ex concubina aut scorto contumeliæ causa spurium appellari solitum.

Cur Dionysium patrẽ liberũ:an q̃ bibentibus libertatis causa sit.fiunt enĩ pleriq; ebrietate petulãtiores. An q̃ libationẽ præbuit. An sicut Alexander dicit quod pro boetiæ libertate pugnauit. Dionysium liberum dictũ fuisse putandum est.

Quid est q̃ publicis festis ueteri more uirgines nõ iocãtur. Viduæ nubunt. An ut Varro dicit q̃ uirgines cum in matrimoniũ danť q̃doleant:mulieres uero lætantur.die aũt festo omnẽ tristitiam ac necessitatẽ abesse oportere:an q̃ uirginibus decorũ:uiduis uero multis præsentibus fœdũ nubere

fœlices enim ac fauſtæ primæ nuptiæ ſecundæ uero triſtes ac deteſtádæ. Pudet enim uiuis adhuc
eis qbus antea nupſerant:alios acipere:mortuos auté lugent. quo fit ut magis qete quá ſtrepitu &
deducentiũ mulititudine delectentur. Dies uero feſti multitudinem adeo diſtrahuntur ut his re
bus per ocium intereſſe non poſſit. An ꝙ Sabinorum filias uirgines? Inter ludricum die feſto rapi-
entes bellum excitauerunt. idcirco filias diebus ſeſtis nuptum dare omni cauſa noluerunt.

Quid eſt ꝙ Romani fortunam primigeniá colunt. An ꝙ Seruio ex ſerua nato Romæ ſũma cum lau
de & claritudine imperare cõtingit. ſic. n. Romanorũ pleriqꝫ ſuſpicantur. An illud magis ꝙ fortuna
urbi & imperiũ & originé præſtitit. An altior quædá ratio & magis a natura ex media philoſophia
repeti poteſt Fortuna ſcilicet reꝝ omniũ principium eē. naturam uero caſu conſiſtere cum quibuſ
dam temere repoſitis ordo acceſſerit.

Quid eſt ꝙ arifices Scenæ diditos hiſtriones uocant. An ob eam cauſam quá Ruffus ſcriptam reli
quit. Dicit enim priſcis illis téporibus. C. Sulpitio & Licinio ſtolone cõſulibus cum peſtilentia ur
bem inuaſiſſet:omnes qui in ſcená procederent intcriiſſe ob eam ré multos & bonos artifices ex
Etrutia Romá ueniſſe:in his qui arte & gloria cæteris ante iret & in theatro ac ſcena diutiſſime
floruiſſet:hiſtrũ fuiſſe nominatum:a quo oés deinde ſcænicos hiſtriones nominatos eē.

Quid eſt ꝙ ꝓpinquis & cognotatis non nubũt. An ꝙ nuptiis neceſſitudines augeri uolunt:& ultro
citroqꝫ filias dando. & accipiendo multos ſibi ꝓpinquos adiũgere. An quod cognatorum diſſidia
inter ſe uerentur quibus naturæ iura nna cũ propinquitate tolantur. an ꝙ mulieres propter ĩbelli-
tatem multorum ope & auxilio egentes ꝓpinquis idcirco adiungere noluerunt:ut ſi qua aſuis uiris
iniuria afficerentur cognati opem ferrent.

Cur Ioui Sacerdoti quem Flaminem Dialem uocant farinam fermentũue attĩgere nõ licet An ꝙ fa-
rina cibus imperfectus & indigeſtus ſit:non enĩ aut id quod erat triticum manſit:nec quem fieri
oportet factus eſt panis. Sed uim ſeminis ſimul amiſit: & cibi uſum nõ præſtitit quam ratione poe
ta Myliphaton farinam dixit per tranſlationem quaſi molendo occiſam & cõfectá. Fermẽtũ uero
quoque:& per corruptionem factũ eſt & admixtũ:omne illud quicquid eſt:quod pinſitur corrum
pit. Remittitur enim quodámodo ac diſſoluitur:& oĩno fermentati ipſa nihil aliud eſt niſi putrefa
ctio quedam quæ qdé ſi abũdanti us adhibeatur fariná accidá reddit & prorſus corrũpit.

Quid eſt quod ſacerdos carné crudá tangere ꝓphibetur:an a uiſceratione huiuſmodi cõſuetudine re
pellitur. An eaddem cauſa catu quoqꝫ qua & farina ꝓphibetur:neque enim iam eſt aĩal neqꝫ abſoniũ
factũ eſt. Nam cum & tráſforma elexatio & aſſatio alteratio quædá ſit & tranſformatio nimirum
formam delet. Quod auté recens & crudum eſt aſpectum neqnaꝗ̃ purum & impolutum habet ſed
ulceroſum & uæhementer odioſum ac moleſtum.

Quid eſt ꝙ cane & capella ſacerdote eſt adeo abſtinere uoluerunt. ut nõ modo attingere:ſed ne ap
pellare liceret. An ꝙ crapram quaſi luxirioſam atqꝫ olidam abhorrerent: An ꝙ tanquá morbidam
timerent. Videtur enim præter cætera aĩalia comitiali morbo tentari ; & qui guſtarint aut attin
gerint huius morbi aliquid inurere huius rei cauſam aſſignát porros anguſtos quibus clauſis eius
ſpiritus ſæpiſſime inclauditur quod arguit uocis tenuitas quinqꝫ enim hoc morbi genere tentantᷣ
ſimilem capellæ uocem edunt. Canis uero eſt minus quidem luxurioſus ac fœtidus quamquam
ſunt qui dicunt ne canem quidem in Atheniẽtium arcé admittit fas eſſe. nec Delũ ĩſulá attingere
quod in prepatulo & paſſim coeat:qua in re aliorum aĩaliũ diſſimilis ſit. Ná boues equi ſues non ĩ
ꝓpatulo ineunt:ſed ueram cauſam panitus ignorát. Canis enĩ téplis oĩbus idcirco arcetᷣ ꝙ pugnax
eſt animal:& in primis ferox ut tutum ſuplicibus perfugium præbeát. Veriſimile igitur eſt iouis
Sacerdotem taꝗ̃ animatam & ſacrá quádá effigié ac ſimulacrũ: ad qđ omnibus tanquam ad aram
confugere liceat egenis ac ſuplicibus repoſitum eſſe. Vnde nec deterreri nec arceri omnino poſſint
quo circa in ipſo ianuæ ueſtibulo ac limine eidem poſſita erat lectica. Qui uero pedibus ſacerdo
tis ſe prouoluiſſet eo die ab omnibus plagis ac pœna tutus erat qui ſi prius uinctus fuiſſet:ac ad
eum acceſſiſſet e ueſtigio ſoluebatur. Vincula uero non per ianuam: ſed per tectum ſublata fores
abiiciebant: Erat igitur inutile ſi cum Sacerdos adeo ſe mitem & humanum exhiberet Canis pro
templo ſedés ſupplices oblatrando ꝓpelleret:& ſi ueteres hoc animal omnino purum eſſe putaue
runt cæleſtium enim deorum nulli prorſus cõſecratus eſt canis ſed ꝓſerpine cœna demiſſus in tri
uia piaculi locum obtinet. Lacedæmonæ uero deorum oĩum crudeliſſimo marti catulos cedunt
apud Bœtios aũt publice piaculũ eſt. Cane in duas partes diſſecto per mediũ exite. Latini uero lu
percalibus méſe februario cané ĩmolát. Quare alienũ nõ eſt. qui ſupremũ & puriſſimũ deorũ oĩ-
um ueneráдũ ſibi deſũpſerunt eos quo familiaré ac domeſticũ habeant canem prohibere.

Cur hederá flamendialis ſi attigiſſet piaculum cõmiſiſſet nec ĩter ea facere poterat bi umbraculum
aut arbuſtum deſuper promineret. An hoc ſimile ei eſt quod dicitur de curru noneſſe. choénici
non inſidere ſcopam non tranſcendere:non quo hæc pytagorici nitent aut mutuant. Sed quod per
hæc ab al is detereant. Nam quod ſub uitem ingredi prohibent ad uinum referebant quod ſacer

doti ebriũ fieri nefas esset. Temulentis enim uinum super caput est & deprimuntur omnes ebrii & humiles fiunt cum hanc ipsam uoluptatem uincere oporteat: nõ ab ea uinci hederam uero tanquam sterilem & hominibus in utilem: & pp fragilitatem aminiculo alterius semper egentẽ umbra solum ac uiriditate oculos capientem non temere in ædibus ali atque innasci permiscerunt Quippe quæ plantas complexa maxime noceret. nec solo extirpari facile possit. quo fit ut cælestiũ templis penitus amoueatur. nec in æde palladis Athenis ac thebis quisquam facile hederam uideat Nocturnis uero sacris & bacchanalibus adest. An & hoc quoq; misticum quodam signum erat. ut ad Thiasis ac reliquis debacchationibus abstinerent. nam quæ bachicis furoribus mulieres correptæ fuerint. ad hederam statim feruntur & abreptam manibus diuellunt. dentibus lacerant. ut nõ omnino incredibilia dicere uideantur. qui asserunt hederam quod spiritum habeat. quo mentes in furorem concitet. & loco moueat. ebrietatem absque uino inducere. & hylares eos reddere. qui in furorem procliues fuerint.

Cur his sacerdotibus nec magistratum caperet petere permittebantur. & tamen lictore utuntur & sella curruli honoris causam. & quominus egre ferret: si a magistratibus arcerentur. An q; in nonullis græciæ ciuitatibus uidemus sacerdotii dignitas regiæ maiestari par habebatur. nõ uulgares aut ignobiles homines sacerdotes declarabantur. An illud magis quod cũ certum esset & statutum tempus sacrificii. Regum uero opera & actiones incertæ ac minimæ præfinitæ: fieri nõ poterat: ut cũ in die sæpenumero tẽpus incideret. idẽ utriq; adesset. sed utrisque urgẽtibus sæpe oppotebat: ut altero relicto nũc deos coleret: nunc ciuibus noceret q cũ in hominũ magistratibus non minus necessitatis q̃ licẽtiæ inesse aníaduerterent: & cũ qui multitudini ĩperaret: ut de medico ait. Hippocrates tristicia cernere tristicia attingere: & in alienis malis proprium dolorem percipere nefas esse putauerunt. diis rem diuinam facere primitias: & ciuium cruciatus quotidie uersantem interdum etiam propinquorum & cognatorum quod Bruto accidit.

Qui sunt quos Epidauri & conipedes & artynos appellant centum. n. & octoginta rẽpub. administrabant exquibus senatores deligebant quos artynos appellabãt: plebs aũt magna ex pte ĩ agro agebat. Vocabantur aũt conipedes a pedibus ut cuius facile agniti puluere obliti cũ in urbẽ redirent.

